Longolischen

Vorraths

allerlei

brauchbarer Nachrichten

Viertes Fach.

Schwabach
bei Johann Jakob Enderes
hochfürstlich brandenburgonolzbachischen privilegirten Buch- und Disputationshändlern.
1767.

I. Stük.

Erasmus Stella von den zwischen der Elbe und Sale ehe dem wonenden Völkern.

Erasmus Stella ist zwar seiner histori- schen Arbeiten wegen nicht eben von allen 1.) von der besten Seite geschil- dert worden; so groser Vorzug vor andern gelehrten seiner Zeit in den schönen Wissen- schaften ihm gebühret. 2.) Es fehlet auch so wenig, daß ich seinen Träumen beipflichte, daß ich viel mehr wünschte, er hätte mit sol- chen nicht dasjenige verdächtig gemachet, was

 er

1.) Besonders von Schötgen in der Diplomati- schen Nachlese der Hist. von Obersachsen II. Th. V. Abhandl. 6. folgg. §. 334. folgg. S. und III. Th. IIII. Abhandl. 500. folgg. S.

2.) Weswegen ihn Menke von den Wiederherstel- lern des Grichischen und Lateinischen in Meisen 2. und 25. §. Löscher in den Reformationsakten I. Bande 310. S. und andere rühmen.

er noch gutes geäusert. Hat nun doch nur noch neuerlich der berühmte kursächsische Geschichtschreiber Johann Burkard Menke kein Bedenken getragen, des Stella Arbeit von dem Ursprunge, Alterthümern, Benennung und Gegend der Tubantiner, Cygneer, Libanothaner und Meisner, wie auch dessen Gedicht von der Mulde in Druk zu geben; warum solte eine andere Schrift desselben, die noch dazu zur Aufklärung des leztern dienet, auf ewig aus unsern Büchersälen verbannet sein, in welche sich doch zu unsern Zeiten genug träumende einschleichen, und für keinen geringen Aufwand manchen Zeitvertreib machen? Es lieget aber dieselbe auf der Schulbibliothek zu Zwikau, dessen Schule an seltenen geschriebenen so wol als gedrukten Büchern keinen geringen Vorzug vor andern hat, und von da aus man sich beeifert, einem jeden zu bedienen, welches ich besonders hiemit dankbarlichst erkenne. Albin urtheilet von derselben, daß „er darinnen so „gar richtig nicht sei, welches aber derselben Zeit Schuld zu geben.„ Beschäftiget sich nun dieser bekante sächsische Geschichtschreiber ein und

3.) Denn so findet sich dieses in der menkischen Samlung der Sächs. Schriftstell. III. Bande 2039. folgg. S. welches Unternemen er in der Vorrede darüber unter der XXVIII. Zal rechtfertiget.

4.) In seiner Meisn. Landchr. XXIII. Tit. 302. S.

und das andere Mal mit Verwerfung des darinnen vorgetragenen; wie solte einem nicht das Verlangen rege werden, solche selbst vor sich liegen zu haben, damit man sähe, mit welchem Rechte solches geschehen? Ich habe mich eines Vorwurfes besorget, solches zu unterlassen, da es mir so gut geworden, die Handschrift davon in die Hände und auf die Stube zu bekommen. Ich ersahe aus der Vergleichung einiger Stellen derselben mit denen, welche nur genanter Albin seiner Arbeit einverleibet, daß dieser nicht ein Mal eine richtige Abschrift von jenem gehabt, welches ich unten getreulich anzeigen werde. Solte man es mir also wol verargen, etwas richtigers davon vor aller Augen zu legen? Ich habe aber viele Gründe vor mir, die vorhin angezeigte Handschrift für ächt zu halten. Es ist mehr als zu bekant, daß Stella in Zwikau gelebet, und in wichtigen Aemtern daselbst gestanden. Schon dieses giebt einen starken Grund zu glauben, daß seine Ausarbeitungen vor allen daselbst anzutreffen. Ich gehe aber noch weiter. Bei gleich folgender Zueignungsschrift an Kurfürst **Friedrichen** den weisen zu **Sachsen** wird sich äusern, daß sie wichtige und viele Ausbesserungen geliten. Sie sind von eben der Hand zu einer andern Zeit mit etwas schwächerer Dinte am Rande beigefüget worden. Wer anders als der erste Verfasser derselben solte sich damit beschäftigen? Was solte dieses ei-

nem andern geholfen haben? Es ist also ohne Zweifel beides dem Stella zuzueignen. Derselbe wird sie vor Ueberreichung an den Kurfürsten noch als ein Man, der im schreiben unermüdet, genau durchgegangen haben. Viel leicht hatte es auch gar den Anschein, solches unter die Presse zu geben. Solche seine Ausbesserung habe zwischen einerlei kleinern Buchstaben nach der Reihe des lateinischen Alphabets eingeschlossen, und gegen das Ende des Blattes unter eben solchen Buchstaben das angezeiget, was vorher gestanden und ausgestrichen worden. Damit wil ich aber mir keine Verantwortung seiner Schreibart auf den Hals zühen, mit welcher er bei einem scharfen Kunstrichter nicht durchkommen würde. Doch auch dieser würde sein Urtheil mässigen, so er auf die Zeiten zurüke denket, in welcher Stella geschrieben, für die er dennoch meines Bedünkens noch gut genug geschrieben. Neuerer Zeiten scheinet man gar nicht es gewust zu haben, als daß nur noch ein unvolständiges Stük dessen vor Handen sei. 5.) Auch dieses ward mir zu einem neuen Triebe, solche durch den

5.) Denn so hat Kaspar Sagittar wissen wollen, daß davon nur ein Stük auf anderthalb Bogen auf der zwikauischen Bibliothek liege, wie Schötgen 510. S. berichtet, und auch Menke von den Wiederherstellern des Grichischen und Lateinischen in Meisen 2. §. angemerket hat; da doch solche Handschrift noch 6. Bögen enge geschrieben beträgt.

den Druk bekant zu machen. Der Rand war mit den im Werke selbst befindlichen Namen häufig besezt. Der gleichen zu thun trug ich Bedenken, weil mit einerlei gedoppelter Aufwand zu machen gewesen wäre. Solches habe ich ersparet, da es von dem Sezer auf mancherlei Weise von den übrigen unterscheiden lassen. Wider das darinnen vorgetragene habe den Leser nicht durch Anmerkungen einnemen wollen. Diese zweken also mehr zu näherer Verständlichkeit des vorgelegten ab. Daß aber die zwikauische Handschrift von dem Verfasser selbst herrühre, bestärken nicht wenig vier Anmerkungen über die Vorrede des Verfassers und die 29. 30. und 31. Anmerkungen über das I. Buch. Uebrigens habe geglaubt, zu mehrerer Bequemlichkeit des Anführens dieser Schrift und, damit man gleich wisse, was zusammen fort zu lesen, jedes Buch in besondere Abschnite einzutheilen. Damit aber auch der, welcher keines von beiden nöthig hat, ohne Aufenthalt fortlesen könne; so sind die Zalen nur an den Rand gesezet.

Plato a) *ille deus philosophorum*, a) *sacerdotem quendam Aegyptium Soloni dixisse, scribit*, PRINCEPS ILLVSTRISSIME, o Solon Solon, vos Graeci

 semper

a) quem omnis philosophorum turba diuinum adpellare solet.

semper estis pueri, nec quisquam e Graecia senex. *Cur istud diceret, Solon percunctante,* b) *respondit:* Quod nulla vobis sit cana scientia, nulla priscarum rerum notitia, nulla denique vetustatis commemoratio, vt qui res duntaxat nuper pene gestas ac recenter monumentis traditas celebretis, b) quo fit, vt vobis semper iuuenis sit animus nec vlla rerum anteactarum cognitione imbutus. c) *Hanc Platonis praeclaram* d) *sententiam instar oraculi habendam semper existimaui,* e) *maxime quod* e) *nulla rerum ignorantia tam fugienda sit,* f) *quam patriae parentumque ortum nescire.* g) *Quo quid* g) *ignauius? quid crassius esse poterit? Quid* h) *contra* h) *generosius? quid antiquius splendidiusque, quam* i) *se ipsum* i) *maioresque* k) *nostros* k) *et res patrias egregie* l) *tenere?* l) *ac*

b) sacerdotem respondisse refert: Quod vobis nulla cana scientia est, quod nulla priscarum rerum notitia, quod nulla denique in vobis vetustatis commemoratio residet, res - - celebrantes.

c) Da sind die Worte rudesque praeteritorum et prorsus ignari ausgestrichen.

d) praeclaram ist hinein gesezt.

e) cuius.

f) quam peculiarium stand hierinnen, welches aber ausgestrichen.

g) Quidnam illa.

h) e regione.

i) se ipsum.

k) suos.

ac prisca veluti praesentia cernere. Si id, PRINCEPS ILLVSTRISSIME, *sacerdos ille Aegyptius de Graecis proloqui audebat, qui* m) *iis* m) *rerum suarum primordia ab aquarum inundatione et Deucalionis, vt dicitur, diluuio repetere* n) *norunt, qui* n) *ciuitatum suarum iacta fundamenta et populorum egregia facinora ita calluerunt, vt et in coenis et ad epulas deorum decantarent,* o) *qui historiarum suarum seriem longissime deductam, non solum litteris et poematibus sed etiam picturis expresserunt;* p) *quid putas* q) *ad nostros sciolos diceret, qui res gentiles non modo non a Deucalione et Pyrrha repetere, verum ne ab his quidem, quae domi nata sunt, deducere norunt.* r) *Quotusquisque nempe* s) *reperitur,* s) *qui a* THVISCONE *TEVTONICORVM*

A 5 *omni-*

l) callere.

m) quamuis.

n) nouerunt. quique.

o) decantarentur, et.

p) Dazwischen noch nihil tamen horum satis visum est seni, quin ipsos rudes et pene infantes censeret, quod minus, quam par esset, vetustatis de patria saperent.

q) Dazwischen Illustrissime Princeps, hic sacerdos.

r) ne dicam longiuscula, veluti a Phaetonte aut Pyrrha, repetitas, verum nec ab his, quae domi nata sunt, deducere norunt, quinetiam qui et genus et patriam scire nequeunt.

s) erit.

omnium patre, aut ab eius filio MANNO, *aut ipsius nepote*] HERMIONE *originem gentis suae monstrare nouit.* t) *'Et, quod magis pudet, si ei citentur CALVCONES vel DANDVTI vel THIRIOCHEMI vel TVBANTI vel CAVPTAE, et id genus* v) *alia vetusta patriae nostrae vocabula, quot sunt, qui agnoscant, et ad se pertinere arbitrantur, ac, non ad ea ipsa, ceu vltra INDVM et GANGEM populos indicantia obstupescant, si denique, vt recentiora attingam, vel SORABORVM vel CYGNEORVM vel LIBANOTHORVM sedes intra ALBIM et SALAM fuisse diligens* x) *quispiam* x) *rerum indagator monstrabit. Nemo ex his, qui docti videri volunt, a risu et exibilatione temperabit.* y) *Quae huius rei causa est dicam? Sola nempe vetustatis et patriae negligentia, quod* y) *quo quisque cretus sit semine nesciat, et quo nomine peculiariter dicatur, ignoret. Sed has*

t) nouerit.

v) aliis vetustis nomenclationibus, quotusquisque erit, qui nomen dare agnouerit, quique has nuncupationes ad se minus pertinere arbitrabitur, verum potius ad illa ipsa nomina, ceu vltra Indum et Gangem populos indicantia exstupesciturus.

x) quisquis.

y) Quid omnium horum causa sit, dicam. Sola certe et vnica vetustatis rerum patriaeque negligentia haec effecit, vt

has nuncupationes tanquam obsoletas missas faciamus. Verum quot obsecro erunt inter tot millia, PRINCEPS ILLVSTRISSIME, *qui parentum ac maiorum suorum stemmata et ab his praeclara edita facinora* z) *narrare* z) *queant, vnde tamen et velis et quadrigis sibi tum nobilitatem tum claritatem vendicare contendunt. Silentio quoque hic praetereo, quod paucissimis curae fuit perquirere tot vrbium opidorumque ac arcium iacta fundamenta, quos conditores vel legumlatores habuerint, quibus institutis creuerint, quibus tandem studiis aucta illustrataque sint. Et si haec cuncta veluti prophana, inutilia et ad se minus pertinentia repudient, saltem indicent, velim, quorum eruditione tandem ad melioris vitae frugem, hoc est, ad Christi cultum, quae vera et vnica pietas est, perducti, ipso baptismatis lauacro renati sint, quorum sudoribus, spinis et tribulis e vinca domini excisis, euangelicae doctrinae semen acceptum ferant,* aa) *quis agricolarum hunc agrum excoluerit, quis sulcis semina mandauerit, quis imbre rigauerit, qua tam salubri et ampla foecunditate sumpserit incrementum,* aa) *quae ignorare et caecitatem Phinei maiorem arguit,*

z) in medium afferre.

aa) Bei diesen Worten stand am Rande: Hoc aliter accipi potest, quare omittendum est.

guit, et ingratitudinis notam inurit maximam. Quod ſi magna ingratitudo cenſenda ſit, hos bb) *negligere,* bb) *qui nobis has ſedes praepararint,* cc) *qui prima fundamenta omni poſteritati iecerint, qui ſuccedentibus nobis domicilia opidaque et vrbes ſtatuerint, qui illas optimis legibus et muniuerint et ornarint, omnium certe maxima et impudentiſſima erit ingratitudo, eos* dd) *quaſi contemnere,* dd) *qui nos a malorum daemonum cultu ad veri dei cognitionem a paganiſmo ad chriſtianiſmum, e tartareis vinculis ad coeleſtem perduxerint elyſium. O caecicatem pluſquam talpeam! O ignorantiam omnium craſſiſſimam! O deſidiam omnibus bonis ingeniis execrandam! quae hactenus omnem hanc oram, ab ALBI ad SALAM vſque latiſſime patentem tenebris vt aiunt, Cymmeriis obrui paſſa eſt. O infoelicitatem patriae, quanquam in ceteris, beata, quae inter tot eruditos, quos fouit, aluit et exornauit, ne vnum quidem inuenit, qui hanc caliginem ab ea vtcunque abigere attentaſſet. Ob id mihi pulcherrimum viſum eſt,* PRINCEPS ILLVSTRIS-

bb) contemptui ducere.

cc) Bei dieſen Worten ſtand am Rande: Eadem bis dicta. Dieſe Worte mögen von einem Freunde herrühren, dem er ſolche Schrift zur Prüfung vorgeleget hat.

dd) negligere ac tanquam ignotos deſpicere.

STRISSIME, *ſi mea opera, quantulacunque ea ſit, patria, qua nihil* ee) *charius,* ee) *ex tam diuturna obſcuritate in lucem ſolemque prodeat, natiuoque decori reſtituatur, quo ſimul et noſtratibus, qui de origine ſua ſolliciti eſſe ſolent, parentes eorum hactenus ignoratos demonſtrans, gratificarer, et aliis feneſtram aperirem, viamque, ſi* ff) *cui* ff) *ingredi animus eſſet, a ſalebroſis inuolucris purgatam oſtenderem. Attulimus autem ad tam denſas tenebras abigendas multa ex eruditorum tum veterum tum recentiorum poenu ſecretiore haud indigna ſcitu, et id quidem non abſque periculo, quoniam a protrita et vulgari opinione longius diſſentimus. Quamobrem vnumquemque, in cuius manus hae noſtrae lucubrationes peruenerint, admonitum velim, ne eas, priuſquam perlegerit, auctoreſque, quos citamus, perſpexerit, culpet.* gg) *Eſto hallucinatus ſim.* gg) *Quis* hh) *in re tam vetuſta, in qua ſaepenumero coniecturae* ii) *innitendum eſt,* ii) *aliquando non caecutiat? Ob id aequi bonique* kk) *conſulant* kk) *lectores candidi ea, quae noſtro Marte conquiſita ſunt, ac hilari fronte potius accipiant,* *quam*

ee) charius.
ff) cuiuis.
gg) Erſt nachher eingeſchaltet.
hh) Hie ſtand noch enim.
ii) innitimur.
kk) faciant.

quam dente mordaci rodere praesumant. Quod si qui erunt, qui has vetustates nostris coniecturis se melius nosse autument, me eis nequaquam obsistere sciant, sed in eorum sententiam, modo meliora dicant, et a dignis scriptoribus non discrepantia, ll) *manibus pedibusque* ll) *esse iturum. Verum, quo tam vetustis rebus e letheo fluuio ereptis consultum foret, eas tuis auspiciis,* PRINCEPS MAGNANIME, *inuulgari dignum duxi, cum quod nominis splendore illasipsas illustriores futuras auguror, tum* mm) *vt* mm) *te auctore res praesentes omnimode florescunt, ita te auspice, quae prisca sunt et quasi mortua, reuiuiscant. Sed de hoc melius esse arbitror verecundo silentio tacere, quam ieiuno ore quidpiam effari, praesertim cum res ipsa loquatur. Nemo certe est, qui ignoret, quibus dotibus patriam tuam excoluisti, ornasti et illustrasti. Tu itaque,* PRINCEPS MAGNANIME, *si haec mea studia benignius fouere, clementius tueri, et, dum feriatus fueris, legere dignaberis,* nn) *adhibebis certe calcar ad maiora tui nominis celebrandi gratia subeunda.* nn)

Inte-

ll) et manibus et pedibus.

mm) quemadmodum.

nn) ad maiora tui nominis causa conaturo calcar adhibebis.

Interim vale, PRINCEPS ILLVSTRISSIME, *vnicum patriae decus et praesidium.*

DE REBVS ET POPVLIS PRISCIS ORAE INTRA *ALBIM* ET *SALAM* ERASMI *STELLAE* LIBONOTHANI COMMENTARIOLVS PRIMVS.

1. Portio GERMANIAE, quae intra ALBIM 1.) et SALAM 2.) latissime patet, ab Austro SVDETIS 3.) saltibus, qui hodie BOHEMICALES dicuntur, obducta, et a Boreali parte SAXONVM finibus obtensa, priscis temporibus multis populis
2. ab auctoribus traditur inhabitata. Qui Cornelio Tacito, 4.) Strabone 5.) et Ptolomeo 6.) attestantibus 7.) HERTANAE, CALV-

1.) Von welches Flusses Benennung ich in meiner Untersuchung von den Hermunduren in dem III. Haubtst. II. Abschn. I. Zwischenabschn. I. Th. 1. 2. und 3. §. vor kurzem genau gehandelt habe.
2.) Von diesem aber wird es g. G. bald in eben desselben III. Haubtst. II. Abschn. I. Zwischenabsch. II. Th. geleistet werden.
3.) Von diesen ist in eben dieses Werkes III. Haubtst. I. Abschn. I. Zwischenabschn. I. Th. 4. §. zulänglicher Unterricht mitgetheilet worden.
4.) In dem Büchelgen vom Deutschlande XXXX. Haubtst.
5.) In seiner Erdbeschreibung VII. B. 446. S.
6.) In seiner Erdbeschreibung II. B. XI. Haubtst.

CALVCONES, DANDVTI, CAMANNI, MOGELLANI, COLDVI, EVDOSES, VARINI, CAVPTAE, SVARDONES, VINTTONES, AMONES, TVBANTI, REVDVNI, MARVNGI nuncupati fuere, et haec loca per pagos et vicos fusissime sparsi ac dispalati, non modo incoluerunt, sed et implerunt, vnde aborigines istius loci optimo iure censentur, tum quod nulli priores illic sedes habuisse comperiuntur, tum etiam, quod non aliunde aduenticii, verum ab *HERMIONE THVISCONIS* ex filio *MANNO* 8.) nepote, cui penitiora loca GERMANIAE paterna distributione obtigerant, descendisse, cuius nati et natorum nati vndiquaque loca vacua, quantumcunque aspera et inculta, inuase-
3. runt. Qui vero ex his primi hanc oram occupauere, *HELMIONEM* secuti feruntur, a quo in vniuersum HELMIONES, et posthac HELMANTICI dicti sunt, ipsaque ora, quantumuis late ab eis culta,
HELMO-

7.) Von dem, was Stella in diesem 2. Abschnite vorgebracht, stellet Albin im IIII. Titel 45. folgg. S. seiner Meisn. Landchron. eine weitläuftige besondere Untersuchung an, wie wol ein und das andere Volk um einen Buchstaben verändert, die *Marungi* aber gar weggelassen worden.

8.) Nach dem Tacitus von den Deutschen II. Haubtst. 3. Abschn.

HELMONIA est appellata. 9.) Id quod primum et vetustissimum istius terrae nomen fuisse, sagax indagator vel ex Corn. Taciti 10.) traditione deprehendet. Supersunt etiam vsque hodie loca istius appellationis vestigium prae se ferentia 11.) indicantiaque, verum subsequenti aetate posteris propemodum auctis, etiam sedes illis

9.) Worüber ihn aber schon Albin in seiner Meisn. Landchron. II. Tit. 27. S. bestosen.

10.) Büchelgen vom Alten Deutschlande II. Haubtst. 3. und 4. Abschn.

11.) Dieses ganze Stük des 3. Abschnites bis hieher liefert Albin im II. Tit. 27. S. seiner Meisn. Landchronik also: Qui *primi ex his* - - hanc oram occupauer*unt*, Helmionem secuti feruntur, a quo in vniuersum Helmiones posthac Helmantici dicti, ips*orum*que ora Helmonia, quan*tumlibet* ab eis culta. Id primum et vetustissimum istius *orae* nomen fuisse sagax indagator ex Corn. Taciti traditione deprehendet. Supersunt vsque hodie loca vestigium istius appellationis prae se ferentia, *cet.* Das vornemste, worinnen dieses von der Handschrift abgehet, habe mit andern Buchstaben zu verstehen gegeben. Wer nun beides zusammen hält, wird den Vorzug unserer Handschrift von der Abschrift, welche Albin bei der Hand gehabt, gleich merken, wodurch denn das bestärket wird, was ich oben in meiner Vorrede 5. S. vorgebracht habe. Die Sache verwirft Albin so wol hie als in dem VII. Tit. 78. S.

illis proferre libuit. Prout autem vel familia vel hominum congeries locum habitare coeperat, a capitibus incolarum, sibiipsi applaudendo, noua nomina sumpsit indiditque. Hinc illa varietas nuncupationum succreuit, et prisca illa genuinaque nomenclatura antiquata est.
4. De his vero populis peculiare, quod praefari possim, habeo nihil, quam ipsis, vt Cornelius 12.) de Germanis scriptum reliquit, *vitam in venatu et pecore* fuisse, cuius *numero* plus *quam proceritate gauisi sunt.* 13.) Has *solas opes* suspiciebant, diuitiasque *gratissimas* ducebant; 14.) non tam faciles ad aratra quam ad bella prompti, qui *pigrum inersque* putabant, *sudore acquirere, quod sanguine parari posset.* 15.) Quod si *pax* domi fuerat, ne *otio torperent, vltro nationes* exteras, *quae tum bellum aliquod gerebant, petiere*, adeo *ingrata genti quies fuit*, id agentes, *quo facilius inter ancipitia clarescerent*, et vt *magnum* in patria *comitatum tuerentur.* 16.) Ob id quoquo lustro aliquot millia in bella armarunt,

12.) In eben desselben XV. Haubtst. 1. Abschn.
13.) Des gleichen in dem V. Haubtst. 2. und 3. Abschn.
14.) Nach nur angeführtem 3. Abschnite.
15.) Dieses ist aus des XIIII. Haubtst. Ende genommen.
16.) Wie dieses aus dessen 4. und 5. Abschn.

runt, aut in vicinas regiones pro abigenda praeda miserunt. Et si quando in vberiora foelicioraque loca incidissent, in illis sedes suas locauere, quemadmodum
5. in insequentibus mox indicabimus. Sunt et aliquoties RHOMANA secuti arma. Nam sub *CONSTANTINO* et *THEODOSIO* militarunt, ac postea *ARCHADIO* contra GOTTOS auxilio fuere. Vbi SVEVIS sibi finitimis, qui per id tempus interiora et mediterranea GERMANIAE ad ALBIM vsque loca Ptolomeo 17.) auctore tenuerant, a *STILLICONE* excitis sese associarunt, cumque iis commilitium facientes GALLIAM ingressi sunt, quorum opera FRANCI ex GALLIIS pulsi, deinde et GOTTI sub *AECIO* caesi *ATTILA*que fugatus est. Ipsi vero ad prouinciae depopulationem conuersi, bellis ingentibus eam afflixerunt, tandem cum SVEVIS HISPANIAM irrumpentes in LVSITANIA sedes desumpserunt, quibus derelictis res FRANCORVM ob vetustas simultates turbantes iterum GALLIAS repetunt. Post diutinas vero conflictationes variaque bella pars sedes circa TREVERIM accepit, quae posthac VANGIONVM regionem ingressa in ea consedit, vrbemque hodie

17.) In dem unter der 6. Zal 15. S. angeführtem Orte.

BVRMATIAM a ſuo nomine dictam condidit, pars vero, quae GALLIAM cum SVEVIS exierat, GERMANIAM repetit, et ſedes SAXONVM, qui tum in ITALIAM cum LONGOBARDIS irruperant, inuadit atque occupat, qua de re in ſubſequen-
6. tibus fuſius. *Habitabant* autem hi populi *vrbes* admodum paucas, nec *inter ſe coniunctas aedes* aedificiaque cohaererentia parabant, ſed *diſcreti* ac diſpalati, *vt fons, vt campus, vt nemus illiciebat*, 18.) manſiones ſtatuere, *vicos* etiam non *connexis domibus locabant*, amplo domos ſuas *circumdantes ſpatio*, ſiue vt commode pro alendo pecore villae, arua paſcuaque adeſſent, *ſiue aduerſus ignis ſaeuitiam* ſiue etiam hoc vno veluti tutamine praeſidioque vterentur. Vnde factum arbitror, quod tot populi apud veteres ſcriptores in vna regione fuiſſe leguntur, quot hodie vix vrbes inſignes numerantur. Ptolomeus 19.) tamen iis populis binas vrbes LVPHVRDIVM et GALEGIVM
7. vtramque ad ALBIM fuiſſe ſcribit. Fuerunt autem hi populi Cornelio 20.) auctore *fluminibus ſiluis ac montibus inter ſe diſcreti*, nec notabile quiddam in ſingulis, *niſi*

18.) Damit ſiehet er auf das oft angezogene Büchelgen vom Deutſchl. XVI. Haubtſt. 1. folgg. Abſ.
19.) In oftangeführter Stelle.
20.) Im XVI. Haubtſt. 1. Abſchn.

nisi quod in commune HERTVM, id est, *terram* coluerunt, *hancque interuenire rebus hominum inuehique populis* arbitrati sunt, vnde iis nomen HERTANORVM inditum facile crediderim. Hi *in praelia ituri* HERCVLEM *concisis animalibus placarunt, omniumque virorum fortium hunc primum cecinerunt*, verum siue TEVTONICVM, vt Berosus indicare videtur, siue GRAIVM, quemadmodum Cornelius, 21.) denotarint, diuinare nequeo. *Templa* quoque nulla extruebant, quod *parietibus cohiberi deos arbitrabantur posse minime, neque in vllam humani oris speciem ob magnitudinem coelestium assimilari.* 22.) Verum *lucos et nemora consecrarunt, deorumque nominibus appellarunt, secretum illud putantes, quod sola reuerentia cernerent.* 23.) Postero vero aeuo hae popu-
8. lorum nuncupationes cessauere, et in SORABORVM transierunt appellationem, quorum tamen pars sese DALMANTICOS, pars LIBONICOS, vel a principibus incolarum, vel a loci ratione, vel quauis alia

21.) Derselbe nennet zwar im VIIII. Haubtst. 1. Abschn. einen Herkules. Welcher es aber sei, hat er so wenig merken lassen, daß er viel mehr zu Ende des XXXIIII. Haubtstükes diesen Namen auf ganz was anders zühet.

22.) Nach des kornelianischen Werkes VIIII. Haubtst. 3. Abschn.

23.) Und dieses im drauf folgenden.

occasione ad hanc nominum innouationem adducta nuncupauit. Est autem, vt latius dicam, non vnus de SORABORVM nomine ac origine sermo, aliis enim cum gente aduenticium visum est, vtpote a CIMBRIS vel a VANDALIS exortum. VANDALI vero erant, vt Plinius 24.) auctor est, populi GERMANIAE, quorum pars ad TANAIM vsque diffusa sedes habuisse scribitur, has melioris soli gratia nanciscendi egressi in ILLIRICVM primum delati sunt, vbi ad tempus consederant, iterum inde migrantes GERMANIAM irrupere, quam longe lateque depopulantes tandem *SORABO* duce sedes in hac ora sibi vsurparunt, a quo SORABOS dictos volunt. Qui tamen ex his regionem ad ALBIM tenuerunt, DALMANTICOS, ni mendum 25) subsit annalibus, nuncupatos comperio, alii LIBANTICOS ab ipsorum praefecto, vel quod terram LIBANTICORVM occupauerint. Qui vero ad CYMBROS SORABORVM originem referunt, ad reliquias MARIANAE cladis respexere. Nam qui supererant, longe lateque per orbem vagantes tandem aliquandiu ad BOSPHORVM, qui ab istis CYM-

24.) In seiner Naturgeschichte IIII. B. XIIII. Haubtst.

25.) Darüber er sich im folgenden II. B. 10. Abschn. erkläret.

CYMMERICVS quasi CYMBRICVS, vt Strabo 26.) ait, dictus est, consederunt. Vnde iterum egressi GERMANIAM antiquam patriam repetentes se non CYMBROS sed SORABOS a *SORABO* eorum duce vocitabant, cuius argumentum afferunt vrbem CYMBRICAM, quae hodie CYBICA vulgo appellatur, quam ab ipsis conditam commemorant. 27.) Mea autem de SORABIS sententia est, nec gentem nec nomen translaticium esse, sed a prisco SVARDORVM nomine, cuius Tacitus 28.) meminit, in hanc nomenclaturam paucis
9. commutatis litteris concessisse. At esto populum aduenam ab incolis in partem soli qualicunque conditione admissum, quemadmodum id plurima rerum monumenta testantur, maluit tamen ipse populus vetus mutuare nomen, quam nouum inferre, vt hoc praetextu indigenarum fauorem sibi conciliaret, quemadmodum gens conuena soli BOHEMICI, quae lingua gentis vernacula ZESCHA dicta est, vetus nomen GERMANICVM

 reti-

26.) Im VII. Buche seiner Erdbeschreibung 450. S.

27.) Damit meinet er sein Zwikau. Eben so lautet es auch in seinem Gedichte von der Mulde bei Menken in dessen Sächsischen Geschichtschreibern III. Bande 2047. S.

28.) Im XXXX. Haubtst. 2. Absch.

retinet. BOHEMI enim a Ptolomeo 29.) populi recensentur fuisse, priusquam SCLAVI, ex quorum stirpe eos esse, qui hodie BOHEMI nuncupantur, nemo inficias it, intrauerant. Manet enim saepenumero regionis nomen cultoribus etiam mutatis. Sed quo de SORABORVM moribus, seu aduenticii seu indigetes fuerint, aliquid attingamus, fuit haec gens bellicosissima, 30.) sed idololatriae cultrix, impia superstitiosaque, de qua in annalibus

29.) An oft angewiesenem Orte.

30.) Es findet sich ein Blätgen von einer gleich alten Hand bei des Stella Arbeit, darauf schon drei Ausdrüke in der Vorrede unsers Stella getadelt, und auch von ihm nach demselbigen geändert worden. Denn es mag der Verfasser, wie es scheinet, einem guten aufrichtigen Freunde seine Arbeit zu noch genauerer Prüfung vorgeleget haben. Auf demselbigen lese ich dieses: In facie quarti folii, vbi scribitur. *Sed quo de Soraborum moribus* cet. sic scriberem: „Sed de „Soraborum moribus, seu aduenticii sint seu in„digetes fuerint, ea apud idoneos scriptores „comperimus iam, quod haec gens bellicosissima fuit.„ Es hat aber auch Albin dem VII. Titel seiner Meisn. Landchronik 80. S. diese Erzälung des Stella einverleibet, wie er auf der vorhergehenden Seite die Nachricht mitgetheilet hat, welche Ditmar hievon gegeben. Er meldet zu gleich, daß dieser See zu seiner Zeit der Polzschner See geheisen, und eine halbe viertel Meile von der Stad Lommizsch anzutreffen sei.

bus scriptum comperimus, ipsam quotannis lacum per duodecim millia passuum ab ALBI distantem frequentari solitam, Diis illic etiam nominibus abhominandis hostias consuetas mactare atque offerre, et a lacu quasi ab oraculo futuri anni commoda perdiscere. Nam si annus fertilis futurus erat, glande, ordeo ac omni frumenti genere exundabat, sin bella futura, cruore rubeus manabat, si vero pestilentiam ingruituram certum erat, 31.) cinere consspersus conspiciebatur. Hic gentis mos mire superstitiosus tamdiu durauit, donec per Caesarem *HENRICVM*, qui verae pietatis cultum huic terrae in-
11. uexit, exploderetur. De his etiam populis in historiis FRANCORVM in hanc sententiam legitur. Quod cum *DAGABERTO* FRANCORVM rege amicitiam inierint, aduersus quos tandem ob frequentem excursionem, quam in TVRINGOS socios amicosque FRANCORVM fecerant, arma induit, sed parum foelici successu. Nam FRANCI non modo fugati ab eis,
12. verum et caesi et castris exuti fuere. Ea victoria ferociores facti SORABI non so-

 lum

31.) An eben dem Orte, den vorige Anmerkung anweiset, ist von eben derselben Hand dieses: Item in eodem folio eiusdem faciei, vbi scribitur: *Si vero pestilentiam ingruituram certum erat* scriberem: „*futurum erat.*„

lum TVRINGIS ſed et SAXONVM genti ſibi finitimae damna intulerunt. Id SAXONES ad *DAGABERTVM* queſtum miſere, pollicentes, ſi tributo, quod hactenus ſibi et patri ſoluiſſent, id quinquaginta boum erat, leuarentur, ſe ſocia arma aduerſus SORABOS laturos, quibus facile regi et ſibi illatam ignominiam vindicarent. Rex conditionem admiſit. SAXONES, quod ipſis penſum remiſſum erat, ſe ad arma accingunt. Hoc SORABI ſentientes ad quietem rediere, foedusque cum FRANCIS innouauerunt. Cum SAXONIBVS autem ex recenti pepigere. Verum poſthac temporibus *THEODORICI* filii *DAGABERTI* ſecundi, prudentia PIPINI patris *CAROLI magni*, qui praefecturam pallatii regii geſſit, de nouo cum FRANCIS foedus percuſſum eſt, qui auxilio praeſentaneo aduerſus SAXONES multifariam rebellantes *PIPINO* adfuere. In cuius rei vindictam SAXONES rurſus SORABOS multis incommodis affecerunt.

13. Durauit autem hoc, vt mutuo ſeſe latrocinio affligerent, vſque ad tempora *CAROLI magni*. Eo imperio potito SORABI ad ipſum de incommodis per SAXONES illatis queſtum venere, quibus *CAROLVS* quattuor praefectos ex *Orientali* FRANCIA cum auxiliariis copiis miſit. Qui dum inter eos intemperanter nimis

mis versarentur res SORABORVM foedius quam hostes perdentes deturpantesque, ab eis ad vnum omnes necati sunt. Id cum Caesari renunciatum esset, furenti animo accepit, misitque contra eos cum ingenti exercitu filium suum *CAROLVM* iuniorem natu. Qui post multa commissa praelia eorum ferociam adeo retudit, vt non facile posthac rebellioni studerent. Nam praeter hoc, quod auctores scelerum morte plectendos dedit, etiam in limitibus totius orae ad flumina et ad montes castella arcesque constituit, atque eas FRANCORVM praesidio firmauit. In penitiori vero regionis parte opida et vrbes locis oportunis condidit, quibus nouos colonos de victrici exercitu, quorum auxilio non modo SORABOS in obsequio continuit, sed et BOHEMOS, quos haud longe post aggressus est, RHOMANO imperio et patri suo *CAROLO, LECHONE* eorum duce occiso, subiecit. Tenuit autem aliquandiu *CAROLVS* statiua in ea regione, sedemque eo loco, qui hodie BELGORA 32.) dicitur, posuit, vbi et vrbem amplissimam erexit, cui nomen hoc, quod GALLICVM magis quam GERMANICVM sonat, indidit, vt aduersus omnes motus, qui in SAXONIA, BOHEMIA vel

32.) Belgern in Meisen an der Elbe.

a SORABIS excitarentur, esset paratior.
14. Tum primum haec ora in prouinciam re-
dacta fuisse a multis extimatur 33.) atque
cum nouis colonis noua accepisse nomina,
vt portio, quae veteranis, qui et *missionarii*
dicuntur, cessit, MISSINA dicta sit, vel
quod illuc velut in coloniam a *CAESA-
RE missi*, vel a fluuio eius nominis, quem
accolebant, forsitan quod is ex lacu
MISIA, cuius Pomponius Mela 34.) me-
minit, in fluuium deriuatus sit. 35.) Hanc
regionem antiquitus CALVCONES, alias
CAVCILLONES quasi a CAVCIS, qui ad
amnem fere ALBIM 36.) colonias dedu-
xerunt, illuc missi, DANDVTI, COLDVI,
MOGELLANI, CAMANNI veteres coloni
15. inhabitauere. Quae vero *Praetorianis*
obuenit portio, ab ipsis appellationem,
quam hodie tenet, sortita est. Vulgo
enim

33.) Darüber lautet es wieder an dem Orte, den ich in der 30. Anmerkung 24. S. angezeiget, so: In dorso folii octaui, vbi habetur: *Tum primum haec ora in prouinciam redacta fuisse a multis extimatur*, corrigatur hic omnino, vt sit: „Tum „primum hanc oram in prouinciam redactam fuisse a multis extimatur.„

34.) Im III. B. III. Haubtst. seiner Erdbeschreibung.

35.) Welche Meinung des Stella auch schon Albin im IIII. Titel seiner Meisn. Landchronik 48. S. verworfen hat.

36.) Welches alles aber Albin im V. Titel seiner Meisn. Landchronik 66. S. für irrig erkläret.

enim VOITLANDIA, hoc est, *Praetorianorum regio* nuncupatur. Hi ELISTRVM 37.) amnem, qui in saltibus eiusdem regionis oritur, ad vtramque ripam accolunt, hinc MOLBIVM 38) hinc SALAM attingentes. Haec olim regio TVBANTES, AMONES, VINTTONES, REVDVNOS et partem SVARDONVM, aborigines populos aluit. Eius tamen regionis portiuncula quaedam CYCNEA vocata est a principe puella a MOLBIO ad PLISIM vsque imperante, quae a *CYCNO HERCVLIS* comite vel secundum alios filio traxerat originem, 39.) *CAROLO*que iuniori haud parum adiumenti in edomandis SORABIS praestitit.
16. Quae denum portio 40.) legionariis attributa et LIBONOTICA dicta fertur, vel a vetusta gente LIBONICA a CHERVSCIS orta, de qua supra, 41.) vel a principe legionum LIBANOTE, cuius proles in ea

37.) Die Elster, von der im folgenden Buche weitläuftiger.

38.) Das ist die Mulde, deren Lauf im folgenden Buche anzutreffen.

39.) Worüber er sich in Menkens Schriftst. Sächs. Sach. III. Bande 2041. S. weiter herausgelassen.

40.) Dieses, was in diesem 16. und 17. Abschniten vorgetragen wird, tadelt Althamer in seinen Anmerkungen über des Tacitus Deutschland XXXX. Hauptst. am Stella.

41.) Im 8. Abschnite 30. S.

ea ipſa regione vſque ad *HENRICI* V. tempora, ceu annales habent, permanſit. Eius regionis LIPSIS 42.) caput eſt, quae in ſinu nominis ſui ſita conditorem ſuum ipſo nomine referens LIBANOTHAV patrio nomine dicta eſt, quam latino vocabulo LIBANOTVM primum dixere, ſed mox LIPS vel LIPSIS et LIPSIACVM corrupte, vt pleraque alia, dici coepta eſt. Haec regio SALA et MOLBIO clauditur, PLISIque et ELISTRO per
17. medium irrigatur. 43.) In ea regione praeter SVARDONES, qui trans ELISTRVM ad SALAM vſque protendebantur, HERTANAE CAVPTAE, qui poſthac et CAVRI et CHORANI etiam CAVPTANI appellati fuere, quod nomen arx 44.) quaedam hodie refert, EVDOSES item, qui loca, vbi nunc LIPSIS eſt, incoluere 45.) VVARINI ad riuulum

42.) Das iſt das berühmte Leipzig.

43.) Auf gleiche Weiſe läſt er ſich in Menkens Schriftſt. Sächſ. Sach. III. Bande 2043. S. heraus.

44.) Daß Stella damit auf Koren oder Choren ziele, hat ſchon Schötgen in deſſen Leben unter ſeinen Diplomat. Nachrichten von Oberſachſen III. Th. IIII. Abhandl. 16. §. 527. bemerket. Siehe auch Albinen im IIII. Tit. ſeiner Meisn. Landchronik 51. S.

45.) Des gleichen wieder Schötgen, daß Stella damit auf Euderizſch bei Leipzig ſehe.

lum eius nominis haud longe ab opido, quod hodie BORINVM 46.) corrupte dicitur, cum VARINVM magis proprio vocabulo nuncupandum foret, populi vetusti consederant. 47.) Ab iis populis olim VVORMATIAM 48.) in agro VANGIONVM, etsi vulgarium consensus secus
18. sit, conditam fuisse deprehendimus. Sunt tamen annales, qui hanc rerum innouationem non ad *CAROLI* auspicia, neque ad FRANCOS sed ad SVEVOS et *ARIPERTI* regis FRANCORVM tempora, dum *MAVRITIVS* in oriente imperaret, reiecerunt, MISSINENSIVMque nomen ab illisipsis huic orae eo pacto inductum referunt. Quod scilicet SVEVORVM duodecim proceres post commissam cum SAXONIBVS pro solo patrio pugnam tempore regis *SIGIBERTI* cum ingenti hominum multitudine in haec loca deuenerint, et sese non SVEVOS sed MISSINENSES, hoc est, *mirificos*, vt ipsi inter-

46.) So damit nach der 526. S. auf Borne, welches auch schon Albin 147. S. unserm Stella verübelt. Es läst sich aber Stella über dieser Sache im folgenden B. 30. Abschnite weiter heraus.

47.) Welches aber auch schon Albin im IIII. Titel 47. S. an unserm Stella getadelt.

48.) Welches heutiges Tages unter dem Namen Worms eine mehr als zu bekante Stad ist.

interpretati ſunt, vocitauere. Hi quamuis primo aggreſſu ab incolis repulſi fuerant, tandem tamen ab ipſis poſt mutuas conflictiones in partem ſoli, qualicunque conditione, admiſſi ſunt, eamque regionis portionem quam primum occupauerant, MISSINAM appellauere; ſed dum poſthac latius per regionis fines ſedes promouiſſent, cum ipſis etiam nomen euagatum eſt. Angulum enim non ſuperfuiſſe ad ALBIM dicunt, quem SVEVVS non occupaſſet. Ob id quo tutiores tum a finitimis tum ab indigenis forent, condendis opidis et caſtellis auctores extitere, quibus plerumque nomina ex Satrapum nominibus indita fuerunt, quae vſque hodie referunt, veluti ILBVRGIVM 49.) ab *ILBONE*, quanquam ceteri commentantur, hoc opidum *IVLII CAESARIS* eſſe monumentum, quod minus veritati conſonat, DVRGVNVM 50.) a *DVRGEBERTO*, a *LIBANOTO* LIPSIM, 51.) quanquam id corrupte dicatur, CZITICAM 52.) a *CZITONE*. Inſuper TREBANTVM et LIBANEVM DIONO-

49.) Daß er damit auf die Stadt Eilenburg ſehe, iſt auch aus oben angezogenem Schötgen 527. S. zu erſehen, wie auch aus Albinen IIII. Tit. 50. S.
50.) Damit meinet Stella ohne Zweifel Torgau.
51.) Siehe zurük in die 41. Anmerkung, 29 S.
52.) Das iſt Zeiz.

ONOTHVM et DRVSIGVNVM et plura alia, quae singula suos conditores nomine ipso adhuc repraesentant. Huius opinionis non leue argumentum afferunt, quod in iure municipali SAXONVM 53.) princeps MISNENSIVM et alii regionis satrapae origine SVEVI esse legantur.

19. Qui autem res SAXONVM litteris commendarunt, totum hoc ad *HENRICVM* SAXONIAE principem, qui primus GERMANORVM imperauit, retulerunt. Is nanque bellum contra gentem istius regionis a patre suo *OTHONE* veluti per manus accepit, et tandem post variam fortunam ac multam suorum cladem victoria potitus suae subdidit potestati, arcemque cum vrbecula in regione HELMANTICORVM, quos annales DALMANTICOS vocant, 54.) in monte ad ALBIM flumen condidisse, eique nomen ab riuulo, qui pedem montis alluit, indidisse, prodiderunt, in quam praesidia contra TRANSALBINAS gentes collocauit, quas breui omnes suae ditionis fecit. Qui vero huic praesidio adscripti fuere, MISSINENSES dicti sunt, vel quod illuc a

53.) Er zielet auf den Anfang des Sachsenspigels.

54.) Worüber er sich hernach im II. B. 10. Abschn. 43. folg. S. weiter herausläsSet.

a CAESARE *missi* sint, vel ab arce, in quam eos praesidio deputauerat. Principem autem praesidii *Liminarcham* instituit, quem patria lingua *Marchionem* quasi *marchae*, hoc est, *limitis custodem* vel *comitem* appellitant. Huius ditionis terminos trans ALBIM, hinc ODERAM, hinc TRIBVSSIM fluuios constituit, citra vero ALBIM praeter hos, qui *Limitaneos* agros possederunt, et hodie corrupte LOMITICI 55.) pro *Limitaneis* vocantur, haud multa finibus praesidii adiecit. Nam CISALBINAS regiones partim suae ditioni seruauit, partim proprii iuris esse permisit, partim vero praesidibus et iudicibus administrandas tribuit. Hinc factum esse, quidam in litteras misere, vt ea terrae portio MISSINA vocitata sit, quae principi praesidiorum *commissa* est. Quae vero iudicibus praetoribusque, qui iuris dicendi functione obirent, tradita est, *Praetorum* vel *Iudicum regio* dicta fuit, vulgo VOITLANDIA sermone patrio nun-
20.cupata. Sed qui Caesareae potestati subiecti erant, prisca seruarunt nomina, vt SORABI, quorum nomenclatura antea per totam pene regionem euagata, tum intra SALAM et ELISTRVM coarctata est. In LIBANOTHANORVM quoque regione, vt

55.) Lommitsch.

vt quisque vel flumini vel monti castellum imposuit, opidumque condidit, nomen regioni adiacenti fecit. Ea propter alii PLISIENSIS a PLISI flumine, alii CHORITANI, qui antea CAVPTAE dicebantur, a monte CHOREN, alii CYCNEI a CYCNEIS aris aut templis, vel potius foemina eius regionis principe, alii HORLANI, quos HERVLOS esse reor, alii OSITIANI 56.) a monte, quem accolebant, nominati sunt. Hic tam varius de MISSINENSIS populi origine sermo minime repugnat. Potest enim vnumquodque pro suo tempore factitatum esse, vt primum in hanc oram SVEVI, deinde FRANCI, demum SAXONES colonos induxerint, vel ita, vt vnam portionem terrae huius SVEVI, aliam SAXONES, tertiam FRANCI tenuerint. Quodcunque tamen in hac rerum obscuritate et nominum varietate vero propius sit, ne in tenebris palpitare videar, non decerno, sed quantum ex eruditorum tum veterum tum recentium scriptis veluti per nebulam coniectari, atque ex annalibus colligere potui, adscripsi, quo posteriorum ingenia excitarem, refelli docerique, modo meliora dicantur, sine contumacia promptissimus.

Primi commentarioli finis.

56.) Daher Oschaz.

DE REBVS ET POPVLIS PRISCIS ORAE INTRA *ALBIM* ET *SALAM* ERASMI *STELLAE* LIBONOTHANI COMMENTARIOLVS SECVNDVS.

1. Vniuerſa iam ora decurſa, et, quicquid in ea vetuſtatis comperitur, expoſito, ſatis liquet, MISNIACVM nomen vtcunque introductum non eam redolere vetuſtatem, quam quidam principum naribus obtrudere nituntur, ipſum ſcilicet a TROIANIS temporibus deducentes, verum recens eſſe et pene nuper ob latiſſimam principis ditionem populo inditum, cuius florentiſſimum imperium tum toti orae tum etiam incolarum nominibus tenebras ſua claritate obſudit. Quod ſi populus hic origines ſuae rationem habuiſſet, nequaquam gentilitia nomina vetuſtate ipſa veneranda et maioribus, vel a rerum exordio, vel ob virtutem indita propter imperantium tum ſplendorem tum impotentiam reieciſſet, cum pari vitio dandum ſit, patrios mores et nomen, dummodo decori non aduerſantur, odiſſe, quod eo ipſo, ceu Plato indicauit, quicquid memorabile a prioribus geſtum intercidit, tanquam recentia nomina hoc peculiare habeant, quod praeteritorum facinorum ignorantiam inducant, et maiorum clariſſima

geſta

gesta obliterent, omnemque splendorem vetustatis tum gloriae tum laudis extinguant. Sed quo lucidius reliquum vetustatis innotescat, operae pretium erit regionum limites pro virili describere, quemadmodum ex fluminum decursibus montiumque interuallis a seinuicem disterminentur, quod vt rectius fiat, amnium montiumque et saltuum, quibus tum ambitur tum irrigatur, designationem praelibabo, quoniam ab his non parua
2. nominum varietas incolis accita est. Alluitur autem haec tota terra quattuor praecipuis fluminibus ALBI et SALA, quae latera eius occludunt, hic a solis exortu, ab occasu alter, MOLBIO 1.) vero atque ELISTRO 2.) per medium fere intersecatur irrigaturque; caeteri vero amnes ceu minores in hos delabuntur, quique ex iis perpetui existunt, ac nomen habent, sunt CAMAENVS, 3.) SCOPIS, 4.) PHLEVS, 5.) MVLDAVVS, qui FRIBERGENSEM agrum perstringit, alius enim is est et fonte et amne a MOLBIO, quanquam vulgo vno nuncupentur nomine, insuper et MELSIAGVS 6.) a latinis

1.) Ist die zwikauische Mulde.
2.) Die Elster.
3.) Die Kemnitz.
4.) Die Tschope.
5.) Die Flöhe.
6.) Die Milsen.

ſcriptoribus celebratus, ſupra hunc SCVRMICVS 7.) atque NIGER 8.) ab vndarum *nigrore* dictus, et alii quamplurimi, quos non facile eſt eloqui, qui omnes piſcoſi ſunt, et tandem ſe MOLBIO immiſcent. 3. Oritur autem MOLBIVS 9) in ſaltibus CATTORVM, 10.) vel ſi dicere mauis CAVPTARVM, qui portio montis SVDETI 11.) exiſtunt, et primo curſu ſeptentrionem verſus defertur. Alluit autem primum TVBANTES, 12.) poſt CYCNEOS, ſubinde

7.) Wegen dieſes Fluſſes iſt auf dem Blätgen, auf das ich mich oben in der 30. Anmerkung 24. S. bezogen, folgendes befindlich: In dorſo eiusdem folii, vbi ſic ſcribitur: *Supra hunc* Scurmicus *atque* Niger *ab vndarum* nigrore *dictus*; omnino corrigatur, nam *Scurmicus* alius eſt fluuius ab *atro fluuio*, vt in propatulo eſt omnibus, qui origines vtriusque fluminis norunt. Nach der Erklärung, die ſich unter des Verfaſſers Gedichte von der Mulde 2045. S. befindet, ſol ihn der gemeine Man Skurlville heiſen.

8.) Das Schwarzwaſſer.

9.) Von demſelben iſt ein ganzes lateiniſches Gedicht unſers Verfaſſers in Menkens Schriftſtellern Sächſ. Sach. III. Bande 2043. folgg. S.

10.) Daß damit auf Kuttenheide geſehen werde, hat auch ſchon oft angeführter Schötgen in der Diplomat. Nachleſ. der Hiſt. von Oberſachſen III. Th. IIII. Abhandl. 16. §. 527. S. entdeket.

11.) Schlage zurük in die 3. Anmerk. des I. B. 15. S.

12.) Da ſie an der Molde gewonet; ſo mus unſer Stella ſich ganz andere Tubantes gemachet ha-

subinde CAVPTOS et SVARDOS, demum multis fluminibus auctus in finibus olim CHERVSCORVM ALBIM illabitur. Est autem fluuius mirae *rapacitatis, vagabundus ac nunquam certo alueo means*, vnde et nomen sibi consciuit, quod domestica
4. lingua *Molben* significat. ELISTER 13.) eisdem iugis diuerso tamen latere ortum habet, et primo occidentem versus deCurrens regionem TVBANTINORVM irrigat, mox CAVPTOS redit, donec LIBONOTRIAM attingit, estque statim et quasi a fonte margaritifer, nec tamen longiuscule. 14.) Priusquam enim PLAHONIVM 15.) opidum in TVBANTINO 16.) agro

ben, als die nach des Tacitus Jahrbüchern I. B. LI. Haubtst. 3. Abschn. der Usipier Nachbarn gewesen. Deren Wonplaz zeiget aber noch das Flüsgen Us in der Wetterau. Schon Junker in der Anleit. zur Geogr. Mitl. Zeit II. Th. I. Haubtst. 121. und 123. S. wird hie in der Kürze zureichen.

13.) Die Elster.

14.) Dieses trift noch ein, daß die Elster nur von ihrem Ursprunge her, nicht aber gegen Plauen zu Perlenmuscheln hege.

15.) Darunter verstehet er die bekante Haubtstad des kursächsischen Vogtlandes Plauen. Dessen wird man überzeuget werden, so man den Verfasser selbst in der menkischen Samlung III. Bande 2040. S. zu Rathe züh et.

16.) Daß er die Tubanten in der Gegend von Plauen

agro situm attingit, reperiri desinunt, et tantum est istius gemmae cum coelo commercium, vt non nisi coelesti rore concipiatur parturiatque. 17.) Colligit autem in se ELISTER riuulos primum VINTVM, 18.) a quo VINTONES dictos putauerim, subinde BIARVM, 19.) qui LIBONOTRIAE australem limitem facit, vltimo PLISIM 20.) et

seze, das, saget Schötgen im 15. §. oft angezogener Diplomat. Nachles. III. Th. IIII. Abhandl. 525. folg. S. sei deswegen geschehen, damit er seinem grosen Gönner Jobsten von Dobenek, Bischoffen zu Pomesan einen desto grösern Fuchsschwanz anhängen könne, wenn er dessen Geschlecht und Stamhaus Dobenek, von dem ich in der Brandenb. Nachricht. IIII. Bande II. Haubtst. 146. S. zulängliche Nachricht gegeben habe, von den uralten Tubanten herleite. Es bezühet sich Schötgen zu dem Ende auf nur angezogenen menkischen Abdruk.

17.) Es hat aber eben dieser Schriftsteller in einem besondern Werke de Gemmis, welches zu Nürnberg im Jahre 1517. in 4. und zu Strasburg im Jahre 1530. in 8. an das Licht getreten, gehandelt.

18.) Die Weida, darauf es unser Verfasser in oft angezogener menkischen Samlung 2041. S. deutet.

19.) Welcher in des Stella nur angezogenem Gedichte 2048. S. *Viarus* gedrukt ist, und in der Anmerkung aa) auf den Flus Wier oder Wir gezogen wird.

20.) Die Pleise.

et BOHARDVM, 21.) vtrumque ad LIPSIACA moenia, tandem SALAM influit.
5. SALA vero in CVRIONVM regione 22.) HERCINIVM montem, quem hodie PINIFERVM 23.) dicunt, fluuiorumque 24.) et montium GERMANIAE patrem asserunt, exit, editioremque GERMANIAE partem occupat. Is post CVRIONES, 25.) REDVNOS 26) et MARIOAVGOS 27) alluit, deinde

C 5 TV-

21.) Welches im I. St. des folgenden Faches 17. und 38. Abschn. *Boardum* geschrieben ist. Leztere Stelle machet noch klärer, daß er damit die Barde anzeigen wollen, welche sich bei Leipzig mit der Pleise vereiniget.

22.) Das ist Vogtland. Und eben so lautet es in des Stella Gedichte von der Mulde bei Menken 2047. S.

Ac Sala piniferis Curionum *in finibus ortus.*

23.) Das ist der so genante Fichtelberg. Ob aber die hie befindliche lateinische Benennung jenes ausdrüke, darüber habe ich eine besondere Untersuchung angestellet, welche viel leicht dereinst im Druke erscheinen könte.

24.) Dieses darzuthun hat sich Wil in seinem Deutschen Paradise alle Mühe gegeben.

25.) Das ist Vogtländer.

26.) Welche auch nach oben in der 18. Anmerkung 40. S. angezogenem ihren Namen von dem Flusse Roding haben sollen. Des Stella Reuduni sind nach Albins Meisn. Landchronik IIII. Tit. 47. S. des Tacitus Reudingi, und zwar in dessen Buche vom Deutschlande XXXX. Haubtst. 2. Abschn.

27.) Welche eben die in der 18. Anmerkung 40. S.

TVRINGOS a SORABIS diuidens multos ſecum amnes trahit, donec in ALBIM prolabitur, vbi nomen cum vndis perdit.

6\. ALBIS autem, Cornelio 28.) teſte, apud HERMVNDVROS *oritur*, in ea parte SVDETI montis, quemadmodum Ptolomeo 29.) placet, qua hodie colliminia BOHEMORVM et MARARORVM exiſtunt. A fonte aquilonem petit primum fines BOHEMORVM foecundans, atque a MVLDANO fluuio auctus per anguſtas montium fauces in regionem COLAVCORVM delabitur, cuius colles vitiferos irrigans poſt longos tandem anfractus per SAXONVM terras in oceanum ſeſe exonerat.

7\. Omnes igitur hi amnes ex iugis SVDETI montis, vt dictum eſt, profluunt, quae portio HERCINII eſt, qua ab auſtro veluti natiuo muro haec ora cingitur. Is perpetuis iugis ab HERCINIO in haec loca porrigitur, vbi ſeſe et latius extendit, et altius extollit, a cuius dorſo multi rami inſtar brachiorum pro regionum latitudine diffunduntur, in quibus condendis caſtellis et opidis aptiſſima loca ſunt, partim incolis nomina tribuentia, partim ab ipſis

angezogene Stelle das Schlos Marnsbug oder jeziges Arnshaug zu verſtehen giebt.

28.) Nämlich in dem Büchelgen vom Deutſchlande XXXXI. Haubtſt. zu Ende.

29.) II. B. XI. Haubtſt.

ipsis recipientia. Parte autem, qua ALBI
appropinquat, altius assurgit, cuius pars
ad arcton procumbens et ALBIS ripam
amplectens robur sempiternum alueo effi-
cit, donec sese in humiles colles submit-
8. tens SAXONVM fines attingat. Quic-
quid autem montium ab ALBI vsque ad
MOLBII fluenta erigitur, et inde ad ELI-
STRVM ac SALAM omnis generis metalli,
vtpote argenti, aeris, stanni et ferri di-
ues est, et riuuli, qui ex iis iugis prorum-
punt, auri ramenta afferunt. Vbi autem
SALAE fluminis ripas insequitur, vberioris
glebae solum sibi associat, ac omnium se-
getum frugumque prouentum facit, vini
praesertim copiam. Et tandem in septen-
trionem vergens HERCINII iugi portioni-
bus, quae ab Ptolomeo 30.) MELIBOCI
montis nuncupantur portiones, se iungit,
ibique hodie SAXONVM terris limites
9. praescribit. Ad hanc fluminum et mon-
tium germanam interstinctionem alii plu-
res alii pauciores in hac ora fecere regio-
nes, nobis tamen non plures ternis, prae-
cipuis duntaxat consideratis, esse videntur,
quas et ternos populos priori aetate in-
10. habitasse comperimus. Quantum enim
ab ALBI secundum circuli longitudinem
ad MOLBIVM vsque protenditur, ab
HEL-

30.) An nur angeführtem Orte.

HELMANTICIS, quorum pars DABENNICI, pars CLOMACI dicebantur, inhabitata fuit. Horum vltimum ad vetus nomen CALVCONVM alludit. DABENNICOS vero eos esse putauerim, quos Ptolomeus 31.) DANDVTOS 32.) appellat. Pro HELMANTICIS tamen aliqui DELMANTICOS legunt; 33.) ego autem vel HELMANTICOS vel CELMANTICOS legendum censeo, quod CELMANTICOS Ptolomeus BOHEMIS vicinos designauerit. Etsi in alia latitudine hodie tum BOHEMI tum CELMANTICI locati sint, tamen huic nomenclaturae locus coenobio insignis in hac regione CELLA dictus adstipulatur, id quod CELMANTICOS propius quam DELMANTICOS resonat. HELMANTICOS autem, vt supra 34.) commemoratum est, ex HELMIONIS vel HERMIONIS, nam vtrumque reperitur, nomine tuebimur. Quod si quis DELMANTICOS defendere conatur, eos aut ex ILLIRICO, cuius DELMA-

31.) Des gleichen.

32.) Daher die *Danduli* in des Stella Gedichte bei Menken 2050. S. auszubessern.

33.) Solches hat er schon im I. B. 8. Abschn. 21. S. und 19. Abschn. 33. S. berühret, was er hie weitläuftiger zu bestärken suchet. Daß Albin solches verwerfe, ist in der 11. Anmerkung über das I. B. 17. S. angezeiget worden.

34.) Im I. B. 3. Abschn. 16. S.

MATIA pars est, illuc commigrasse, aut in ILLIRICO stipendia fecisse, fateri necessum habebit; de quo tamen parum liquide in annalibus extat, facile autem est credere, pro CELMANTICIS vel HELMANTICIS immutatione vnius litterae
11. DELMANTICIS exaratum fuisse. Vltra MOLBIVM vero ad ELISTRVM vsque secunda regio extat a LIBONICIS habitata, qui post hac LIBONOTRI dicti sunt, 35.) ac eam partem, quae ab EVDOSIS 36.) et VARINIS 37.) culta fuit, occuparunt. His vicini fuere CHAVRITANI vel CHORITANI a CHAVPTIS 38.) priscis incolis nomen trahentes. Supra hos MELSIACI sunt, CYCNEI, GROBELDI, et qui in vniuersum MOLBIANI ab incolis dicti fuere, vbi TVBANTI et VINTONES AMONESque 39.) prisci

35.) Schlage zurük in des I. B. 16. Abschn. 29. folg. S.
36.) Nach dem 17. daselbst 30. S.
37.) Des gleichen.
38.) Und auch dieser wegen.
39.) Die alhie genanten Völker sind schon in des I. B. 2. Abschn. 16. S. und 15. Abschn. 29. S. auf dem Plaze gewesen. Die Handschrift zeiget sehr deutlich *Amones*. Der menkische Sezer an oft angezogenem Orte 2041. S. hat *Amoneos* geliefert, da er ein *o* zu viel ergriffen. So richtig nun nach dem Tacitus vom Deutschl. XXXX. Haubtst. 2. Abschn. die *Aniones*; so unrecht eignet diese Albin zu Anfange des IIII. Tit. 45. S. dem

prisci populi sedes habuere. Est et vsque hodie arx TVBANTINA 40.) priscorum incolarum in ea regione nomen referens. Est quoque AMONVM opidulum veteres colonos nomine suo indicans. Intra ELISTRVM autem et SALAM tertia includitur regio, in ea SORABORVM nomen a SVARDONIBVS paucis litteris immutatis 41.) deductum peculiare remansit. In quo fere spatio praeter SVARDONES latissime ibi incolentes campestria rura HERTANI coluere, montana RE-
12. DVNI 42.) et MARIOAVGI 43.) Fuerunt autem iam dicti populi non solum fluminum montiumque intercapedine discreti, verum etiam et lingua diuersi. Nam pars domestica lingua pars exotica, quam illi SCLAVICAM vocitant, persuncta dicitur. Id plurimorum tum opidorum tum vicorum nuncupationes indicant,

Stella zu. In meiner Nachricht von den Hermunduren I. B. I. Haubtst. I. Abschn. 4. §. würde eine sicherere Untersuchung anzutreffen sein, wo diese Völker hinzusezen, so sie gedrukt würde.

40.) Das ist das, wovon oben in der 16. Anmerkung 39. folg. S.

41.) Welches schon im 8. Abschn. des I. B. 23. S. vorgekommen.

42.) Siehe zurük in die 26. Anmerkung 41. S.

43.) Und des wegen in die gleich folgende 27. An- Anmerkung 41. folg. S.

dicant, quanquam hodie gentem cum lingua exactam constet, verum tamen nomina permansisse perspicuum est. Quia tamen nil minus constat, quam vnde is sermo, quem SCLAVICVM vocant, prodierit, et per quos populos huic terrae illatus sit. Nam vulgari opinioni, quam ipsam SORABIS attribuit, neutiquam subscribo, quod SORABOS indigenas non aduenticios esse sermoneque THVISTO perfunctos satis demonstraui. Qui autem hominum sint, qui se SCLAVOS dixere, et vnde originem traxerint, in controuerso est. Nam qui de hoc quicquam in litteras misere, partim ipsos SCYTHAS et campos intra TANAIM et BOSPHORVM inhabitasse retulere, partim vero CYMBROS et ex insula glacialis oceani SCANDAVIA a Ptolomeo 44.) vocata ortos asseruere, vtrum verius sit, non facile scitu est, quod aliquanto recentiora sunt, nec ab vllo veterum, seu cosmographos seu historicos scrutauerimus, de ipsis mentio facta sit; illud tamen plurimorum calculis comprobatur, linguam, quam nostra aetas SCLAVICA vocat, eandem antiquitas SARMATIS et SCYTHIS addixit, vnde perspicacissimum esse argumentantur, ipsam e SARMATIA ac

44.) II. B. XI. Haubtst.

ac SCYTHIA in GERMANIAM aliaſque
orbis partes emanaſſe, cum praecipuus
ſit aſſenſus eruditorum SCYTHAS colo-
nias per orbem miſiſſe magis quam acce-
piſſe. Vtcunque fuerit, non eſt prae-
ſentis negotii decidere, ne res SCLA-
13. VORVM proſequi videar. Id autem
pro comperto aſſerere auſim, SCLAVO-
RVM nomen nuſquam antea cognitum
quam in RHOMANORVM prouinciis ſit
auditum. Vnde ſatis liquet hoc ipſum
nomen non gentis vel nationis originem
referre, ſed magis euentum vel occaſio-
nem tum populo iſti peculiarem ex-
primere, vtpote vel viuendi rationem,
vel militandi ritum vel id genus aliud.
Et quod non in vniuerſum populo ſit
inditum, ſed his duntaxat copiis, quae
ILLIRICVM, THRACIAM, MACEDO-
NIAM latrociniis infeſtauere, vbi quod
ſine rege ſine duce ſeruitiorum more
bella gerentes SCLAVORVM nomen, quo
vel *erronum* vel *ſeruitiorum* colluuies de-
ſignatur, ſortiti ſunt, tandem quoque
ſocietate et commilitio duarum fortiſſi-
marum gentium GEPIDARAM et HVN-
NORVM aucti ſunt. Nam HVNNI ab
Imperatore *MAVRITIO* ex PANNONIA
pulſi ad ipſos veluti gentiles ſuos con-
fugerant, GEPIDAS etiam, ſub quibus
antea ſtipendia fecerant, eo facilius com-
militan-

militantes habuere, quod rege *CVNIMVNDO* cum ingenti ſuorum multitudine a LONGOBARDIS caeſo ipſorum
14. reliquiis ſuperiores facti eſſent. Tantorum inquam populorum auxilio freti ILLIRICI partem, quae et DALMATIA, ſuae ditionis fecerunt, cui nomen a ſuo nomine nihil in eo mutato impoſuerunt. Nam SCLAVONIA ab ipſis vſque hodie cognominatur, quicquid antea vel ISTRIA vel DALMATIA nuncupabatur. Ob hanc gentis gloriam ex recenti victoria partam, quicquid vſquam iſtius linguae homines erant, SCLAVORVM appellationem ceu gentilitiam ſuſtulere, etſi longiſſimo interuallo a natiua ipſorum nomenclatione diſtabant. Nam ex Cornelii 45.) et Ptolomei 46.) traditionibus VINTHI et VINTHONES et VINVLI et VENEDES germana appellatione eſſent nuncupandi. Eiuſdem quoque gentilitatis cum GOTTIS fuiſſe, a quamplurimis ſcriptoribus cenſentur. Pars vero, quae ex hac gente in GERMANIAM conceſſerat, partim a ducibus, partim a locis, in quibus conſederant, nomina ſibi

45.) Von den Deutſchen XXXXVI. Haubtſt. 1. und 2. Abſchn.

46.) III. B. V. Haubtſt.

ſibi vendicarunt. Nam cum primum a VANDALIS relictas ſedes occupaſſent, ibique in tantam multitudinem coaluiſſent, vt vniuerſa loca, quae ſpatioſiſſima ſunt, inter ſeptentrionalem oceanum et ALBIM fluuium impleuiſſent, ALBI denique ſuperato omnem CISALBINAM regionem tum colonis vacuam aut male habitatam, cum inde migratum eſſet, ſibi vſurparunt. Nam iuxta Oroſii 47) hiſtoriam *STILLICO* ſub *ARCHADIO* Imperatore copiarum ductor praeter VANDALOS ſuos, erat enim genere VANDALVS, et SVEVOS, qui tum ALBIM accolebant, et illis vicinos HELMANNOS, quos ſupra HELMANTICOS ac HELMIONES dictos oſtendimus, excitauit, qui iunctis viribus RHENO tranſmiſſo GALLIAS inuaſere, quorum ad trecenta millia armatorum ab aliquibus, ad quadringenta ab aliis fuiſſe ſcribuntur. Hi ſecum vxores filiosque non minorem mortalium vim traxerunt. Quae migratio vt VANDALORVM ſedes deſertas fecit, ita et SVEVORVM et HELMANNORVM loca
15. a iuuentute plurimum euacuauit. Hac itaque SCLAVI occaſione freti facile voti compotes euaſerunt, et quicquid agrorum ad ALBIM fuerat, non modo occuparunt, verum etiam ſedibus illic locatis

47.) Im VII. B. XXVII. Haubtſt.

catis per vicos et pagos habitare coeperunt. Nec vero tantum campeſtria rura, ſed et ſaltus et vertices montium iugaque inſederunt, quibus ex vernacula gentis lingua nomina indiderunt, et quod priſcis iſtius terrae nuncupationibus pene exitioſum fuit, eas partim deleuerunt, partim in ſuam linguam traduxerunt. Vnde tanta inuerſio nominum ipſorumque commutatio ſuccreuit, vt, quos veteres HELMANTICOS, DANDVTOS, CALVCONES, CAVPTAS, SVARDONES adpellarunt, a poſteris ſint DELMANTICI, DEBENNICI, CLOMACI, CAVRICI et CAVRITANI SORABI nominati, et pleraque alia id genus nomina vſque adeo deprauata, vt praeter Sibyllam ea nemo agnoſcat. Cum hoc pacto ditionem cum lingua per vniuerſam oram propagaſſent, quae ſicut breui latiſſime ſerpſit, ita et citiſſime cum populo eua-
16. nuit. Sed haec aliquanto poſtea. Iam ſatis ſit ex aliorum ſententia indicaſſe, qui hominum peregrinam linguam huic terrae inuexerint. Verum ſi meam ſententiam de iſtius linguae in GERMANIAM et in hanc oram illatione requiſieris, afferam, quod ſentio Cornelii Taciti 48.) ſuffragio fultus, qui ita ſcriptum

48.) Im XXXXIII. Haubtſt. 2. Abſchn. ſeiner Abhandlung von den Deutſchen.

reliquit: OSOS *non esse* GERMANOS, PANNONICA *lingua arguit, et quod tributa patiuntur, quae ipsis partim* SARMATAE *partim* QVADI *vt alienigenis imponunt;* quae autem lingua exotica in GERMANIA alia vnquam ab illa audita est, de qua Taciti sententia iustius intelligenda foret, nullam profecto dabimus. Proinde, vt mea fert opinio, illamipsam esse linguam recte putauerim, quam Tacitus PANNONICAM dixit, et QVADIS vicinam fuisse suo seculo scribit, quam facile fuerit posteriori aeuo latissime per GERMANIAM dilatare occasione superius exposita eis praestita. Hi dum ad ALBIM et circum vicinas regiones sedes protendissent, alia atque alia cognomina vel a ducibus vel a locis, in quibus consederant, assumpserunt. Istius coniecturae non leue argumentum est, si nomen OSORVM fixis, vt aiunt, oculis intuebimur, cui admodum OSTLANDI nomenclatura alludit, et tanquam ab eo deductum sit aurium iudicium minime dissentit, quae nuncupatio populis istius orae semper peculiaris habita est, et vsque hodie perseuerat. Suffragatur haud parum nostrae aestimationi tum vrbs OSITIA 49.) tum mons OSITIVS, cuius vtrius-

49.) Osch83.

vtriusque nomenclaturam ab OSIS descendisse, non erit ineptum coniicere, sicut vtriusque cognomina incolis notissima habentur, ita pro nostra sententia
17.firmanda maximopere testificantur. Adiiciet non modicum roboris communis et concors indigenarum consensus, qui ita per ora omnium voluitur, vt quicquid ingentis molis opus vsque conspiciatur, id seu pontium seu turrium fuerit, totum HVNNORVM manibus exaedificatum vulgo adseritur, quod idem de monticulis et tumulis per regiones dispersis auditur, adeoque recepta est HVNNICA cognominatio, vt quos vineae grandiusculos botros et vuas progenerant, HVNNICAS vocitent incolae, sicut minores FRANCONICAS, quasi ab HVNNIS vel consitas vel illatas. Fuisse autem HVNNOS populos, qui PANNONIAM et incolerent et exierunt, nemini historias scrutanti ignotum esse arbitror. Quibus argumentis saltem fenestram aperuisse volui, quo lector diligens suo iudicio, quid probandum fuerit, iusta trutina examinet, mihi monuisse sat erit. Quodsi mecum sensurus quispiam est, iam hanc linguam honestius PANNONICAM quam SCLAVICAM dixerit. Nolo tamen de hoc digladiari, quodcunque probabilius visum fuerit, pro suo captu amplectatur.

Iam ſatis ſit eatenus linguae peregrinae in hanc oram migrationem tractaſſe.
18. Sed antequam ad intermiſſa redeamus, admonendi ſunt, qui legerint Oroſii 50.) hiſtoriam, mendam plus quam pertinacem ipſi librariorum culpa inhaeſiſſe, vbi de populis per *STILLICONEM* contra ROMANOS excitatis agitur, quo loco pro HELMANNIS ALANIS perperam ſubditum eſt, Nam ſi penſiculatiore examine ſcrutabimur, populorum inter ſe longiſſimam diſtantiam repugnare deprehendemus. Ne ALANI, qui ASIATICIS limitibus haud longe abſunt, cum SVEVIS interioris GERMANIAE populis commilitium facerent. Animaduertit illud in primis totius vetuſtatis fidiſſimus indagator Pomponius Laetus, qui in ſuis Caeſaribus ALAMANNOS non ALANOS populos illos nuncupauit, forte vſum obtinuiſſe ratus, eoſdem eſſe HELLEMANNOS et ALEMANNOS, cuius ſententiae facile ſubſcribam, nominis origine aequa lance perpenſa, ſed labyrintho litterariis relicto ad noſtrae narrationis ſeriem
19. reuertamur. Antequam autem hanc terrae partitionem aetati noſtrae accommodemus, non erit inconueniens praefari

50.) In der vorher unter der 47. Zal 50. S. angezeigten Stelle.

ſari paucis, quo tempore, quibus auſpiciis, quorum denique laboribus veri dei cultus ſit illatus regionibus, et quanti conſtet barbarorum rituum expulſio et ad manſuetiorem vitam traductio, id quod totum CHRISTIANAE religioni acceptum ferre debemus. Habet enim hoc CHRISTIANA pietas, vt non ſolum mortales ad vitae ſanctitatem alliciat, ſed etiam ad mitiora ſtudia ingenia quantumuis ferocia conuertat. Simul autem et imperii et religionis iugum hic populus ſubiit, quam ob rem de his promiſcue quod reliquum eſt, quantum ex annalibus deprehendere licet, narrabimus. Fuit itaque gens illa maiorum daemonum cultrix et mancipium vſque ad tempora, quae *GREGORIVM ſecundum* Petri cathedram tenentem, *LEONEM* BIZANTII imperantem viderunt.

20. *CAROLVS* autem cognomento *magnus* eo tempore res GALLIAS adminiſtrauit, quo primum eius terrae incolae pro pietatis cultu ſunt interpellati. Nam cum Sanctus *BONIFACIVS* Archiepiſcopus MAGVNTINENSIS a ſummo pontifice ad TVRINGOS ea tempeſtate miſſus, eam gentem exemplo et praedicatione in fide CHRISTIANA inſtructurus, ad CHRISTI cultum conuertiſſet, finitimam illis regionem SORABORVM

propagandae religionis ſtudio ingreſſus eſt, ibique praedicando fidem CHRISTIANAM ſpargere coepit, multos baptiſmi lauacro admouit, et primus in hac regione orthodoxae eccleſiae fundamenta iecit. Verum cum medio praedicationis curſu abitionem in FRISIAM, quemadmodum apoſtolico decreto in mandatis acceperat, meditaretur, ne meſſem, quam copioſam cognouit, ſine operariis relinqueret, ſeminarium operariorum procurauit, qui dominum meſſis rogarent, vt operarios mitteret, et ipſi tempore oportuno operarentur. Congregationem itaque religioſe viuentium in regione LIBONOTHANA ad PLISIS et ELISTRI confluenta inſtituit, a quo loco hodie haud longe abſunt LIPSIACA moenia, vbi et aedem ſacram diuo Iacobo apoſtolo erexit. Verum barbari poſt patriſfamilias abitionem omnia deuaſtarunt, incenderunt et ſolo aequarunt, CHRISTIANIS, qui inerant, partim trucidatis partim fugatis, quae baſilica vſque hodie MAGVNTINENSI epiſcopo
21. ſubiecta eſt. Secutus eſt hoc coeptum aliquo interuallo temporis *LVDIGERVS* vir CHRISTIANAE religionis ſtudioſiſſimus poſthac in Epiſcopum VERDVNENSEM electus, ſed nihil ex ſententia fecit, verum dei benignitas, quos ver-

bis

bis piorum ſacerdotum minus obſequentes comperit, verberibus et flagellis ad
22.epulum diuinitatis venire coegit. Nam paulo poſt *CAROLO magno* imperio potito omnes hos populos per filium ſuum *CAROLVM* natu iuniorem, ceu ſupra 51.) annotauimus, imperio RHOMANO ſubiecit, qui vt CHRISTI iugum ſubirent, conatum adhibuit. Nam aliquot templa et aras per regiones diſpoſuit, quibus viros pietate inſignes praefecit, qui CHRISTI fidem populum docerent, ſed omnia SCLAVIS malorum daemonum capiſtro detentis obnixe renitentibus nequicquam attentauit. Tandem enim eo ad patris vocationem in GALLIAS proficiſcente populus religione contempta CHRISTIANOS et expulit et faede lacerauit ritus ſuos vanos pertina-
23.citer obſeruando. Manſit itaque vinea Domini in his terris inculta et nullo dogmate CHRISTIANO paſtinata, quoad res GERMANIAE ad *LVDOVICVM* regem deuolutae ſunt, qui hunc populum vna cum BOHEMIS ad verae pietatis cultum trahere aggreſſus eſt, et vt vineam Domini non ſolum CHRISTIANA eruditione irrigaret ſed etiam munitam aduerſus ferarum inſultus redderet ec-

51.) I. B. 13. Abſchn. 27. S.

clesiam NISICENSEM designasse fertur, minime tamen compleuisse, quod fratris *CAROLI* superbia a tam pio incepto, nam bellum ingens et impium contra eum parabat, abstraheretur, vnde negotium postergari coactus est. Ne tamen ouem in solitudine aberrantem et luporum insidiis obnoxiam interire sineret, *CONRADO* comiti patri istius *CONRADI*, qui postea imperauit, hoc negotium cum prouincia decernit. Sed is ab *ALBERTO* comite occisus rem infectam
24. reliquit. Tandem *OTHONI* SAXONVM principi patri *HEINRICI*, qui primus inter SAXONES imperauit, haec prouincia obuenit, qui quoties cum exercitu eam ingrediebatur, toties ab incolis retrocedere coactus est. Nam semper maioribus copiis incolae instructi, accitis sibi in auxilium SCLAVIS trans ALBIM sedentibus, ipsi obuiam iuere. Quo vita functo res tota ad *HEINRICVM* filium defertur, qui hoc bello veluti per manus a patre accepto se et familiam suam illustrauit. Nam breui omnem regionem ad ALBIM non solum suo subiecit imperio, sed etiam CHRISTI iugum ferre coegit, quod non sine prouidencia diuina euenisse, aequum est credete, vt haec gloria, is belli triumphus caeteris imperatoribus ereptus *HEIN-*

HEINRICO sit reseruatus, vnde tantam sibi laudem non solum in patria sed etiam per vniuersam GERMANIAM comparauit, vt vnicum GERMANIAE praesidium esse succlamaretur, eamque ob rem et summa imperii, quod antea nulli principum GERMANIAE contigit, illi
25. tradita est, de quo alias. Cum autem 52.) *HEINRICVS* signa vndique per istius terrae regiones circumtulisset, vrbem KIETANAM, quam alii GANAM vocant, vi cepit, nam eam resistentem comperit, cuius praedam militibus permisit, pubertatem supergressus omnes occidit, infantibus et puellis captiuis abductis. De qua victoria in chronicis Sigiberti ita scriptum comperio: *HEINRICVS rex* GANAM *vrbem* DALMATIAE *cepit, et* DALMATIS *tributum imponit.* Vbi vrbem CELMANTICAE vel HELMANTICAE legendum censeo, 53.) vti superius 54.) demonstratum est. Verum si coniecturis agendum erit, GANAM vrbem fuisse arbitramur, quae hodie GRIMMA nuncupatur, a IANO bicipite temporis

52.) Eben dieses, was in diesem Abschnite enthalten, ist auch in des Stella Gedichte von der Mulde in Menkens Samlung 2050. S. zu lesen.

53.) Welches aber Albin im VII. Tit. 78. S. für unrecht erkläret.

54.) Im 10. Abschn. 44. S.

poris pacisque auctore nomen hoc sortitam, in ea enim religiose cultus est, cuius etiam simulachrum vsque ad haec tempora illic visitur. Accepit autem a posteris GRIMMAE appellationem a *saeuitia, qua* imperator *in eius excidio vsus est*, quae gentis sermone hoc vocabulo exprimitur. Capta igitur KIETANA LYBONICOS inuadit, opidumque eorum LIPSIM euertit, et quicquid opum in eo fuerat, exhausit, ac demum solo aequauit, quod posthac ad multos annos
26. habitatore caruit. SCLAVOS, qui vicatim per oram pene totam incolebant, ne nouos motus concitarent, trans ALBIM submouit. Insuper CHRISTIANAE religionis curam suscipiens, lucos impietati barbarorum sacros vbique succidit, aras subuertit, cultum vanum vndique prohibuit, aedes insuper sacras per regiones instituit, sacerdotes et monachos introduxit, qui populum in fide CHRISTIANA instruerent, plantationemque nouellam rigarent, donec Dominus incrementum praestaret. Qua pia institutione facile effecit, vt populariter omnes
27. fidem CHRISTI amplexi sint. Vt autem populum barbarum bellis et rapinis assuetum ad mitiorem vitam humanamque societatem traduceret, condendis et muniendis ciuitatibus auctor

fuit,

fuit, quas optimis legibus et moribus probatissimis viuere docuit. Et vt vrbes frequentiores ciuibus redderentur, ex agris et vicis nonum quemque euocauit, ac muros incolere iussit, aliis octo rei rusticae curam demandando, qui tertiam omnis annonae portionem nono redderent. Quod vero ipsis vltra victum reliquum fuit, in vrbes conuehendum dispofuit, et pro contribulibus condendum, vt vel fame vel bello ingruente illis depromeretur. Qua re facile hostem illusit, quod in agris nihil offendens abitionem maturare coactus sit. Egit insuper omnes conuentus in vrbibus, quo nobilitatem a flagitiis, ciues a voluptatibus coerceret. Ex his ciuibus multi illustres et clarae familiae posthac emerserunt, quae hodie latifundia per omnem fere
28. GERMANIAM inhabitant. Et quo facilius latrocinia ex GERMANIA submoueret, quicquid hoc genus hominum vsque in prouinciis fuit, impunitate concessa militiae suae adscripsit, e quibus integram legionem omnibus donatis armis aduersus VNGAROS ductitasse dicitur, quorum opera apud MARSBVRGVM 55.) egregiam pugnam edidit, hostibus ad internicionem caesis, qua clade VNGARORVM vires adeo fractae sunt, vt nunquam

55.) Merseburg.

quam posthac in regiones illas redierint. Omnem autem praedam, qua ex eis potitus fuerat, in vsum sacrarum aedium conuertit. Fuit et disciplinae militaris scientissimus obseruantissimusque. Nam pacis tempore tirones ita erudiebat, vt in bello optimi militis munia obirent.

29. His peractis nihil habuit antiquius, quam vt religionem CHRISTI non solum firmaret, sed et auctam splendidioremque redderet. Ob id arcem MISSINAM iampridem a se conditam pontificali sede illustrare 56.) satagebat, cui terminos latissimos ab ALBI hinc ODERVM, hinc MOLBIVM designauit. Habuit et in animo pientissimus rex omnes TRANSALBINAS ecclesias vna cum BOHEMIS, quos et suae ditioni subdidit, MISSINENSI sedi ceu metropoli subiicere, sed aliis rebus implicitus id praestare non potuit. Tandem morte praeuentus *OTTONI* filio suo, qui sibi in imperio et ditione succes-

30. sit, negotium conficiendum dedit. Quod *OTTO* paternae pietatis aemulus nihil grauatus non solum adimpleuit, sed etiam cum augmento praestitit. Nam praeter MISSINENSEM ecclesiam et MARSBVRGENSEM et CZITICAM a primis fundamentis

56.) Damit meinet er die Errichtung des Bisthums zu Meissen.

mentis erexit, 57.) de quibus mox latius explicabimus. Cinxit autem moenibus *HEINRICVS* MARSBVRGVM, quod a tempore *ATTILAE* dirutum iacuerat. CYCNEAM inundatione aquarum collapſam reſtituit. ALDENBVRGVM tum PLISSINAM dictam in alium locum tranſtulit ALDENBVRGVMque nuncupauit. 58.) MISSINAM a fundamento conſtruxit. GIETANAM, quam annales KIETAN vocitant, alii GANAM, vt ſuperius 59.) oſtendimus, a ſe excidio deditam in ſignum trophei inſtaurari prohibuit. BARINOS vicatim habitantes moenibus incluſit, a quibus opidum nomen ſuum, quod hodie ſeruat, accepit, quamquam corrupte, ſicut pleraque alia, pronunciatur. BORNIS 60.) enim pro BORINO vel rectius VVARINO vocitatur. Hoc pacto omnia florentiora reddidit, et tandem in CHRISTO defecit. His initiis cum imperio CHRI-

57.) Wes wegen ſich auch auf unſern Stella ſchon Friedel in der Abhandlung von Zeiz II. Haubtſt. 1. Gliede 6. §. bezogen.

58.) Von dieſem Vorgeben des Stella mus Schöt-gen nichts erfahren haben, als der es ſonſt in ſeiner Geſchichte des Landes Pleiſen würde berühret haben.

59.) Im 25. Abſchn. 59. S.

60.) Womit des I. B. 17. Abſchn. 31. S. zu vergleichen, und was dabei angemerket worden.

CHRISTIANA pietas per has regiones coepit atque hac plantatione pullulauit.
31. Nunc quibus ſtudiis ſtabilita firmataque ſit vera religio, quorum cultura radices tam altas egerit, vt nullis ventorum procellis conquaſſari poſſit, paucis perſtringemus. *HEINRICO* itaque, vti dictum eſt, 61.) fato functo, *OTTONE*que eius filio ad imperii faſtigium ſublimato, nihil magis concupiuit filius quam paternis votis ſatiſfacere. Vnde, quemadmodum quod in trunco foecundum exiſtit, ramorum fertilitate exprimitur; ſic *OTTO* largiflua manu praeſtitit, quod *HEINRICVS* animo intendebat. In primis igitur operam impendit, vt pontificalis ſedes in MISSINA, cui pater iamdudum fundamenta iecerat, compleretur, quam etſi non metrapolitana dignitate, 62.) ceu pater ſecum decreuit, inſigniuit; tamen ingenuam et liberam nullique pontificum poſt papam ſubiectam eſſe voluit. Sancto *IOANNI* euangeliſtae eandem conſecrauit, cuius limites citra ALBIM MOLBIVM deſignauit, trans ALBIM, quicquid antea NISICENSIS eccleſiae fuit vſque ad ODERVM, illi adiecit. In eam *BVRCHAR-*

61.) Im 29. Abſchn. 62. S.

62.) Wie er ſchon im vorigen 30. Abſchn. 62 S. geäuſert.

CHARDVM virum sanctum et omnibus virtutibus insignem primum antistitem introduxit. 63) Qui ministerium fidei pura conscientia et humili conuersatione exequens populum in religione CHRISTI rudem exemplo et doctrina euangelica ita erudiuit, vt nihil horum, quae in Episcopo desiderantur, praetermitteret. Magnam quoque partem populi trans ALBIM, qui adhuc in mancipio malorum daemonum erat, intra septa fidei traduxit, ac ecclesiam vndi-
32. quaque et auxit et illustrauit. Nec religiosissimus princeps istius ecclesiae institutione consumata quieuit, sed pro regionum discrimine alias duas addidit, alteram in MARSBVRGIO, vbi LIBONOTHANIS sedem constituit, in qua *BOSO* primus sedit, vir CHRISTIANI nominis studiosissimus, qui probitate vitae ac eruditione euangelica plebem in fide CHRISTI edocuit, pauperum curam praecipue gerens, alteram vero in CZITICA erexit, quam SORABORVM populis adscripsit, in qua *HVGONEM* primum Episcopum instituit. Is ipse et gregem Domini

63.) Welches alles Papst Johansens Bulle vom Jahre 958. in Fabrizens Meisn. Sach. I. B. 77. folgg. S. rechtfertiget.

Domini vita et doctrina pauit, talentumque sibi traditum, ne ignauus negotiator argueretur, cum foenore reddidit. Quorum praesulatuum limites intra MOLBIVM et SALAM ita deprehendes. Imaginemur lineam a medio fere amnis MOLBII, vbi hodie SCYLLENA 64.) templa locantur, productam et per CAVRITANORVM et SORABORVM fines caputque BIARI, 65.) PLISIVM, ELISTRVM et campestria HERTANORVM vsque ad SALAM protendatur, in loco, vbi FRIBVRGIVM situm est. Quicquid iam soli austrum versus supra hanc lineam existit, CZITICENSI ecclesiae assignauit; quod vero infra eandem ad septentrionem vergit, MARSBVRGENSI sedi adscripsit. Est itaque MOLBIVS trium horum praesulatuum communis terminus, quemadmodum et trium regionum istius orae principalissimarum, vt supra 66.) indicatum est. Hactenus de istius terrae antiquitatibus et de ramorum ex hac plantatione nascentium pullula-

64.) Das ist Schillen oder Tschillen, wovon er in dem Gedichte von der Mulde nach der menkischen Ausgabe 2049. S. mehreres meldet. Wer ein wenig der Gegend kundig ist, weis, daß es das heutige schönburgische Wechselburg sei.

65.) Schlage zurük in die 19. Anmerkung 40. S.

66.) Nach dem vorigen 31. Abschn. 64. S.

33. lulatione. Quod reliquum est, PRINCEPS ILLVSTRISSIME, vberius GEORGIVS *Spalatinus* TVAE CELSITVDINIS a secretis, vir vndequaque eruditissimus, cui 67.) lampada tradam, 68.) exequetur. Is etenim 69.) TVAE CELSITVDINIS iussu non solum populi vetustates et diocesium 70.) limites, verum etiam 71.) tum satrapas tum 72.) dinastas, immo vrbes omnes TVAE ditioni 73.) subditas 74.) ab

 origine

67.) Albin, welcher in seiner Meisn. Landchronik XXIII. Tit. 303. S. diese Worte vorleget, hat hie *cursu* eingeschoben. Wer siehet aber nicht, daß solches keinen Verstand gebe?

68.) Dafür eben da *trado*, welches noch eher zu leiden, doch vor *tradam* keinen Vorzug hat.

69.) Für *Is etenim* hat jener *qui*, weswegen er auch vorher keinen Punkt hat, sondern solches mit dem vorhergehenden nur durch ein Komma verbindet.

70.) Nach Art der Schreiber jenes Weltalters, die ich schon in des VI. Th. der Brandenb. Nachr. I. Haubtst. 10. §. 31. Anmerk. 23. S. bemerket und deren Ursache angegeben habe. Denn auch das albinische *diaecesium* ist nach dem daselbst angezeigten Ursprunge des Wortes noch nicht richtig.

71.) Dafür im albinischen Abdruke *et*, welche Abweichung im Verstande keinen Unterscheid machet.

72.) Eben wie dessen *cum* für unser *tum*.

73.) Das in der albinischen Ausgabe mit ditioni, welches in der vor mir befindlichen Handschrift

origine est repetiturus 75.) TV igitur, MAGNANIME PRINCEPS, aequi bonique facito, quae a me praecipitanter emissa sunt. Si quid deinceps limatius offendero, auribus TVIS non subtraham.

Secundi commentarioli finis.

Uebrigens entdeket dieser Schlus so wol, wer der Fürst sei, an welchen Stella sein Werk überreichet, als auch um welche Zeit es geschehen. Georg Spalatin wird des Fürsten geheimer 76.) genennet. Dieses war er

stehet, vertauschte *Cels.* das ist *Celsitudini* wäre nicht unrecht, so es nicht schon zwei Mal kurz hinter einander da gewesen wäre. Im Verstande machet es wenig Veränderung, ob ich sage: Eurer Durchlaucht oder Dero Herschaft unterworfen.

74.) Das albinische *sub*ject*as* schiket sich zu jenem maronianischen

Parcere subiectis, *et debellare* superbos

besser. Wer aber der Schreibart unsers Schriftstellers mehr gewont ist, wird ihm zu gute halten, daß er *sub*dit*as* für unterworfen gebrauchet.

75.) Daß aber dieser landesfürstliche Befehl nicht volzogen worden, mag des Kurfürsten im Jahre 1525. erfolgte Ableben und Spalatins andere viele Verrichtungen, in sonderheit sein nachgehendes öffentliches geistliches und beschwerliches Lehramt im Wege gewesen sein, so nüzlich es wäre, so solcher Befehl wäre volzogen worden. Siehe auch Albinen 302. folg. S.

76.) Im 33. Abschn. 67. S.

er bei Kurfürst **Friedrichen** dem weisen zu **Sachsen.** Hält man dessen Aemter gegen einander; so bekleidete er solche wichtige Stelle vornämlich in dem Jahre 1518. 77.) bis 1521. bei den wichtigsten Begebenheiten auf den Reichstägen zu Augsburg, Frankfurt, Aken, Köln und Worms. 78.) Da nun Stella auch im Jahre 1521. den Weg alles Fleisches gegangen; 79.) so mus er sein Werk binnen obbeniemter Zeit zu Stande gebracht haben.

In dem ich dieses schreibe, kommet mir des ehemaligen Rektors in Gera Johann Friedr. Köbers Einladungsschrift vom Jahre 1678. welche über jenes Urtheil eines Egipters, womit unser Stella oben 7. S. seine Zueignung angefangen, eine Betrachtung enthält, unter Augen.

77.) Besonders von dem Jahre 1519. sind in dem I. Bande der jenaischen lateinischen Werke Luthers 220. und 221. Blatte zwei Briefe vor Handen, darinnen ihm ob angezeigter Titel gegeben wird.

78.) Wes wegen für jezt genug ist, mich auf Sekendorfs Hist. des Lutherthums I. B. VIII. Abschn. 8. §. 6. Zusaze zu bezühen.

79.) Wie deswegen auf Schötgens Diplom. Nachles. zur Hist. von Obersachsen III. Th. IIII. Abhandl. 6. §. 506. folgg. S.

II. Stük.

Der Burggräfin Annen zu Nürmberg Ausstattung.

Im II. Fache II. Stüke 41. folgg. S. stehet eines Briefes Anfang und Ende. Da nun nachher die Urschrift selbst in die Hände bekommen habe; so theile sie mit. Sind aber dort meine beigebrachten Anmerkungen nicht allen Lesern zu wider gewesen; so erkenne mich schuldig, das mitlere Stük, das dort fehlet, nicht gänzlich ohne dergleichen zu lassen.

Wir **Friderich** von Gotes gnaden Burggraffe zu Nuremberg. vnd wir frawe **Soffya** von denselben gnaden Burggraffein czu Nuremberg, Bekennen vnd tun kunt öffenlichen mit disem brieue, Wanne der Edel vnser vetter vnd wirt **Albrecht** Burggraffe zu Nuremberg, dem got genade, durch rechte nütze, ere, vnd wirde der Herschaft zu Nuremberg geschicket vnd gemacht hat, ob die Edel vnser liebe Müme vnd tochter frevlein **Anne** sein jungste tochter, bey der werelt pleiben wolt, daz wir dann dieselben tochter mit pfenningen bestatten, vnd einem Man geben sullen vnd sol auch sie sich dorauff verziehen

aller

aller forderunge vnd ansprache irs vet-
terlichen erbes, ez sei eygen oder lehen,
daz die Herschaft zu Nuremberg hat
vnd daz dorzu gehort, vnuerziegen ir
Muter gut vnd erbe, daz sie hat, vnd
von der Herschaft zu Hennenberg komen
ist, Also sein wir des vber ein kommen,
mit gutem Rate vnser frunde vnd diner,
daz wir daz egenante frevlein **Annen**
einem elichen Man geben sullen. Mit
sulchen sachen vnd vnderscheide. Wer
sache, daz an vns vorgenante frauwe
Soffya rede 1.) oder teiding 2.) ko-
men von einer fruntschaft wegen vnser
egenanten töchter, sulche rede vnd teidin-
ge, sullen wir bringen an vnsern egenan-

1.) Darunter wird eine solche Rede verstanden, dadurch ich einem was nachtheiliges zumuthe, Man findet solches auch mit sprechen verbunden, wenn ein Einspruch oder Anspruch ausgedruket werden sollen. Man beliebe meine Sichern Nachrichten VII. Th. II. Haubtst. 13. §. 184. folg. S. zu Rathe zu zühen, eben wie auch Haltausens Wörterbuch der Deutsch. Sprach. II. Th. 1532. folg. S. Das hie nachgesezte teiding unterstüzet oben gegebene Erklärung.

2.) Daß aber solches so viel, als über einer Sache unter einander handeln, sei, wird eben solcher meiner Nachrichten VI. Th. II. Haubtst. 14. §. 16. Anmerkung 378. folg. S. darthun.

ten Vettern Graffen 3.) **Friderich** Burgrauen zu Nuremberg, köm aber des rede vnd teiding von derselben fruntschaft wegen, an vnsern egenanten vettern sulche rede vnd teiding, sol vnser egenanter vetter auch an vns brengen vnd sullen dann dieselben vnser egenanten Mümen vnd tochter mit ein ander einen man geben, vnd wes wir dann beiderseit also mit ein ander vberein komen vnser egenanten Mümen vnd tochter zugeben zu einen elichen wirte vnd manne zu zugelte, 4.) daz selbe

3.) So ausgemacht es ist, daß der Burggraf zu Nürmberg fürstlichen Rang gehabt; so wenig Eintrag thut das vorgesezte Graf, zu Mal da jenes auch nicht weggeblieben. Hiebei lässet sich nuzen, was von Falkenstein in der Beschreibung Nürnbergs IIII. B. II. Haubtst. 18. §. Anmerkung e) 535. S. vorgebracht. Wem solches bedenklich fiele, den könte auch schon jene Abhandlung vom Ursprunge der Markgrafen zu Baden 9. §. in Herrn Pf. Oetters Samlung verschiedener Histor. Nachrichten I. Band. VI. St. 597. folg. S. zu Frieden stellen, wo mit Beispielen dargethan worden, daß der gräfliche Titel dem fürstlichen öfters vorgesezet worden. Könte aber nicht auch in gegenwärtiger Urkunde mit dem Worte Graf auf das Geschlecht des Burggrafen gesehen werden, das bekanter Masen das gräfliche Hohenzollerische war?

4.) Ist dasjenige Geld, das einer Braut bei ihrer Ausstattung zugegeben wird. Verlanget man

selbe gelt sullen wir vorgenant frauwe Soffya vnd vnser erben halbes geben richten 5.) vnd bezallen, Vnd daz ander halbe teil, des zugeltes sullen wir vorgenant Friderich Burgraue zu Nuremberg vnd vnser erben, geben richten vnd bezallen on alles geuerde. Wer aber sache, daz wir vns mit ein ander niht mohten vereinen vmb sulche fruntschaft, als an vns beiderseit kommen ist, vnd ob wir auch stozze 6.) oder zweiung 7.) mit einander gewunnen vmb sulchs zugelt, daz wir also beiderseit vnser egenanten

dessen Beispiele, so schlage man das haltausische Wörterbuch II. Th. 2169. S. nach.

5.) Dieses Wort ist mit zwei andern umgeben, welche das bestätigen, was in meiner Hist. Beiträge, welche eben zu gleich mit in der Presse sind, I. Bandes I. Th. I. Haubtstükes 11. §. 8. Amerkung vorgeleget habe.

6.) In dessen 11. §. 49. Anmerkung dieses erkläret worden.

7.) Ein Par Freunde stehen für einen Man. Was einem von ihnen begegnet; daran nemen beide Antheil. So bald solches wegfält, so bald sehen sie sich als zwei unterschiedene an. Daher brauchen die alten zweien für unterschiedene Meinung hegen. Gehet es weiter; so bricht es in Feindschaft aus. Dieses nanten sie daher Zweiung. Der Kürze wegen bezühe ich mich auf Haltausens Wörterbuch der Deutsch. Sprach. II. Th. 2186. und 2188. S. In meinen nur angezogenen Hist. Beiträgen stehet dafür Zweitrecht, dafür anderwärts Zweitracht.

Mümen vnd tochter geben sullen, als vorgeschriben stet, so sein wir des beiderseit mit gutem Rate vnd vorbetrachtung willeclich vnd gerne gegangen zu dem Hochgeboren fürsten vnserm Swager hern **Friderich** Margrauen zu Meissen vnd zu dem Edeln unserm lieben Oheim **Johans** zu dem Leutemberge, 8.) vnd wes danne die egenanten zwene vberein komen, do wir die egenanten vnser Mümen vnd tochter hin geben sullen. Vnd waz sy vns also beiderseit heizzen vnser egenanten Mümen vnd tochter geben zu zugelte, dohin sullen wir sy hingeben on alles hindern, vnd sullen auch wir vnd vnser beider erben sulche zugelt als sy erkennen vnd scheiden, 9.) geben, bezallen vnd rihten, ir zu einen elichen Manne als vorgeschriben stet, on alle argelist vnd ongeuerde, Vnd wer daz ir einer abeginge, 10.) oder von dem land fure, 11.) do

8.) Hierüber liese sich die 46. Anmerkung über den 9. §. des I. Haubtstükes I. Th. I. Bandes meiner oben genanten Hist. Beiträge nuzen.

9.) Dafür jezt das zusammengesezte entscheiden gewönlicher, und in dem Falle gebrauchet wird, da streitige Händel in der Güte geschlichtet werden. Das haltausische Wörterbuch überhebet im II. Th. 1605. folg. S. mich eines Beweises. Doch das oben vorgesezte erkennen überhebet schon den Leser dieser Mühe.

10.) Daß es ehe dem sehr gewönlich gewesen sei,

do got vor sey, so sol es dannoch gentzlich an dem sten 12.) der dannoch ist, oder derselbe der dannoch pleibet, mag einen andern als scheidelichen 13.) zu im nemen ob er wil, vnd daz danne scheiden als vorgeschriben stet, angeuerde. Vnd uff sulchs zugelt daz vnser egenanter Mümen vnd tochter also von vns wirt, dorauff sol sie sich verzeihen aller forderung vnd

anspruch

damit sterben auszudruken, und woher es gekommen, lässet sich in meiner Sich. Nachrichten VI. Th. I. Haubtst. 13. §. 36. Anmerkung 185. folg. S. und X. Th. I. Haubtst. 20. §. 87. Anmerkung 76. folgg. S. antreffen.

11.) Wer nur Wachters Wörterbuch der Deutsch. Sprach. I. Th. 414. folg. S. aufschlagen wil, wird ersehen, daß Faren eine Bewegung von einem Orte zu dem andern anzeige. Vom Lande faren zeiget also eine Entfernung von dem Lande, in welchem man sich gewönlich aufhält, an. So hätte es in dem haltausischen Wörterbuche I. Th. 441. S. über Haubt können gefasset werden, wo weiter nichts anzutreffen, als daß solche Redensart auf eine Verweisung ziele.

12.) Daß an einem stehen so viel als in eines Gewalt und Macht sein zu bedeuten habe, das erhellet schon zur Genüge aus unterschiedlichen Stellen, die Haltaus im I. Th. 1739. S. seines Wörterbuches zusammengesuchet hat.

13.) Wer sich aus voriger 9. Anmerkung 74. S. der Bedeutung des Wortes Scheiden erinnert, der wird leicht merken, daß es eben das sagen solle, was man sonst einen Schiedsman nennet.

ansprach zu allen irem vetterlichen erbe, ez sei lehen oder eygen, daz der herschaft zu Nuremberg ist, vnd daz dorzu gehort, wo vnd wie daz genant, oder gelegen ist, Also daz sy furbas nymmer mer daz gefordern, noch darnach sprechen sol, noch nymands von iren wegen in dhein 14.) weise,

